Digitized by Google

DE NVLLITATIBVS

CONTRACTVVM, QVASI CONTRACTVVM, DISTRACTVVM, VLTIMARVM VOLVNTATVM, ET QVORVMCVMQVE ACTVVM EXTRAIVDICIALIVM.

TRACTATVS AMPLISSIMVS

RVBRICÆ PRIMÆ, PARS QVARTA.

In qua, materia legalis, quò ad plures Contractus, latè, & luculenter tractatur, & explicatur.

AVCTORE

DOM. DON BLASIO ALTIMARO

I. C. NEAPOLITANO, ET NEAPOLITANO, ET FLORENTINO PATRITIO.

Olim Insigni, in Neapolitanis Tribunalibus, Aduocato; Regij Castri Noui, eiusdem Ciuitatis Neap. Auditore; Sacri Regij Castri Capuani Consilij, Consiliario; Regiæ Cameræ Summariæ Fisci Patrono; & nunc denuò in eodem Supremo, Castri Capuani S.R. Consilio, Consiliario.

NEAPOLI, M.DCC.IV.
Ex Typographia Caroli Porpora, & Nicolai Abri.

SVPERIORVM PERMISSV.
Expensis Caroli Porpora, in cuius Libraria prostant. CVM PRIVILEGIO.



EMIN.^MO ET REV.^MO DOMINO

DOMINO, AC PATRONO SVO COLENDISSIMO

FRANCISCO

S. R. E.

CARDINALI PIGNATELLO

TIT. SS. MARCELLINI, ET PETRI

ARCHI-EPISCOPO NEAPOLITANO MERITISSIMO.

D. Blasius Altimarus Regius Consiliarius Castri Capuani Regni Neapolis per S. R. C. M.
D. D. D.

Iis templa, libros consecres Potentibus: vetustum est penès Petrum Blessensem, vetustum, inquam, adagium summa quippe impræsentiarum commendatione instaurandum; vt, si nasutis perperàm mordentibus opus fortasse displiceat, Optimates, sub quorum tutela in lucem scripta prodeunt, apprimè ipsissimum tueantur opus. Hinc, dum prælo tradere quartum hoc ex meo *Tractatu de Nullitatibus Contractuum*, *quasi Contractuum*, *& Distractuum* Volumen debuissem, quum diù Mecœnatem exquirerem, inter mille Magnates tanquam *electum ex millibus*, optumum Te perspexi Patronum, Eminentissime, atque Reuerendissime Princeps, qui inter scientiarum coripheos, Patriciorum ordines, Purpuratorumque comitia, velut inter ignes luna minores mirabiliter elucescis, & tanquam Saul *ab humero, & sursum eminens* es infra omnes. Iure itaque meritò do librum Tibi libris addicto, literarium munusculum consecro Viro-Principi literarum præfulgentia exornato, earumque ingenioli mei partum hunc dedico sacro Heroi Excellentissimæ Pignatellæ Familiæ, quæ, fama teste, laudatur non

solùm in Italia, in Hyspania, in Gallia, in Flandria, in Germania, aliisque Europæ Prouinciis; verùm etiam in toto terrarum orbe, quum vndique ad nos resonet gloria, cujus encomio ad sydera prosapia extollitur ista *centum complexa nepotes*, in qua (sicuti Politicus quidam in antiqua Atheniensium re-publica *tot Reges vidit, quot ciues*) ita porro tot Principes celebrantur, quot sunt siue descendentes, siue ascendentes præfulgentissimi. Fuit semper progenies Tua, & erit perpetuò, quemadmodum est in præsenti, decorata titulis, honoribus exornata, Monarcarumue prædistincta fauoribus; in ea alios Heroes posteris neutiquam describens historia, nisi strenuos prægrandium exercituum Imperatores, Hyspaniarum Primates, Regnorum Moderatores, ditionum Victores, veteris Parthenopeæ rei-publicæ Duces, atque supremos Romanæ hyerarchiæ Dominatores; singulis enim Pignatellorum filijs pedissequa fuit virtus, consiliaria sapientia, comes gloria: ex quo in cuiuslibet ipsorum pectore splendent faces, quarum symbula sunt tres ollæ flammeæ, vt in quibusdam antiquissimis stirpis gentilitiis stemmatibus obseruantur, auctorante Philiberto Campanile, assumptæ ab illo celeberrimo Duce, qui auxilium Constantinopolitano Cœsari præbendo hac ignis specie in hostem injecta aduersam classem exarsit; qua-de-re Dion historicus hæc adnotauit: *Cœsariani vndique ad hostilem aliquam nauim accedentes jacula ignifera in eam emittere, faces manu conjicere, ollulasque etiam carbonum, picisque plenas*. Non adhuc in felici Italiæ campanea dulce Regis nomen auditum erat, quando Neapolitana res-publica anno CIↃCI. ab æra christiana feliciter erat sub Lucio Pignatello, cui titulus Comestabilis datus fuit: dignitas equidem, quam illo œuo Romani Augusti tantummodo suis germanis-fratribus concedebant, vt refert Ammianus Marcellinus de Valente, qui Comestabilis declaratus fuit ab ejus fratre Valentiniano, postquam hic rebus imperij potiretur. Itidem Ioannes Pignatellus CIↃCXC ab incunabulis Seruatoris Neapolis Consul, & Comestabilis præelectus est. Sexies voluta sunt sæcula ea die, qua hujus frugiferæ arboris germina per orbem vniuersum exeuntes nostram illustrarunt patriam. Quid non magnanimè gessit clarissimus Pandulphus Pro-rex Caroli II Andagauensis CIↃCCXCII, & deinde CIↃCCCIX legatus ab eodem Rege ad Pontificem Maximum? Quis enarrabit tot, tantaque gesta Tuorum? Andreas sub Rege Roberto Dux fortissimus, qui, postquam in Brutiorum Prouincia CIↃCCCXIX pro Rege pugnando hostem subjecerit, electus fuit anno CIↃCCCXXVI ductor infantis Ferrandi Majoricæ nepotis Reginæ Sanciæ. Angelus, qui, regnante Carolo III in Lodouici Andagauensis manibus captus fidelitatem anteposuit libertati. Duo Hectores primus, & quartus Montis-leonis Duces, de quibus Carolus de Lellis, licèt multa, tamen satis jejunè scripsit: alter, præter ea, quæ sub Rege Friderico Aragoniæ fecit, viginti duobus annis continuò fuit Siciliæ Pro-rex, Carolo V imperante, à quo fuit inter Hyspaniarum Proceres cooptatus, & recepit inuestituram plurium feudorum, inter quæ connumeratur illud Marsæ in Insula Melitæ, quam curauit, vt scribit Bosius in historia Melitensi, concedendam Equitibus Hyerosolimitanis ab ipso amplexis Messanæ post Rhodi expugnationem; quapropter ab illius sacræ militaris religionis legatis coram se genuflexis recepit juramentum pro Cœsare. Alter CIↃIↃCIIJ à Philippo III Austriaco fuit destinatus Pro-rex Cataluniæ, quam nouem annorum spatio summa gubernauit prudenden-

dentia: fuit inter Proceres Hyspanos honorificè distinctus; ejus, & majordomus infantis Annæ-Isabellæ, quam in Galliam conduxit nubendam Regi Ludouico XIII; & Serenissima Anna-Isabella (quemadmodum palam fit ex epistolis Cardinalis Bentiuoglio) ex jussu Regis genitoris Hectori Pignatello, tanquam patri obtemperauit in omnibus: nominatus fuit Pro-rex Neapolis ea tempestate, quando Comes de Lemos ad sacram Lauretanam Virginis-Matris domum se transtulit, de qua re Raphael Filamundus: fuit consiliarius supremi status Monarchici; diem clausit extremam lithiasi morbo laborans, postquam ætatis suæ annum XLVIII expleuerat; incorruptum inuenere cadauer, quando ad patriam nostram id transtulerunt: funus ipsi celebratum in Villa Matritij ab Alexandro de Sangro Patriarca Alexandriç, & Pontificis Legato ad Majestatem Catholicam, & alterum Barcinone à publica Catalanensium gratitudine celebratum fuerunt quippe regalia. Fabricius V Dux Tuæ domus Montis-leonis pariter Hyspaniarum Grandis Panormum ingressus est honorificentissimè receptus à Cardinali Oria Archi-episcopo, & Pro-rege obuiam exeundo tanto Principi tum armata, tum togata militia, quando illuc conduxit suum primo-genitum nupturum Joannæ Tagliauiæ Aragoniæ filiæ Ducis Terrç-nouæ, ob quod matrimonium peruenit ad Pignatelli familiam amplissimus status, qui ratione Marchionatis Valii ad Indias vsque se extendit: fuit carus Philippo IV, & fuit etiam Aragoniæ Pro-rex. Quis dinumerare poterit gloriosa peracta à Cœsare magno Camerario, à Tiberio magno Cancellario, à Duce Pignatello mortvo Girundæ, à Didaco Duce Bellisguardi, à Dominico ejus auunculo præfecto generalis militiæ in Hyspania citeriori, & deinde Generalissimo in Extremadura, à Ferrante ex Principis Montis-Coruini, à Joanne ex Ducibus Roccæ, à Nicolao ex Ducibus Bisacciæ, à Michaele Marchione Sancti Mauri, à Landulpho, ab Octauiano, ab Annibale, & nunc ab excellentissimo Nicolao Ducis Montis-leonis, & Terræ-nouæ Procere Hyspaniarum, Vice-rege Sardiniæ, Tuo carissimo germano-fratre, ac Domino meo colendissimo? Strictim degustatis lectissimis viris, qui ex Pignatelli genere laicalia lustrando pacis, bellique studijs florentissimi sunt digni sempiterna memoria, indicabo viros ecclesiasticos, scilicet Bartholomeum Pignatellum Archi-episcopum Messanensem sub Vrbano Papa IV impigrè pro se agentem, atque ad tegendam Ecclesiam externos Principes excientem, Fuluium Episcopum Amiterni, Bartholomeum Archi-episcopum Picentinum, Stephanum S.R.E. Cardinalem, Antonium denique, qui, postquam sub Vrbano VIII in caussis referendis munus Romæ expleuerit, & vicariam Vrbini legationem terminarit: postquam sub Innocentio X Melitam fidei quæsitor appulerit, Viterbiensem prouinciam gubernauerit, & apostolicum Nuncium Florentiæ exstiterit: postquam sub Alexandro VII Polonicam legationem susceperit: postquam sub Clemente IX legatus in Germaniam ad Augustum Cœsarem missus fuerit, & Lyciensem Ecclesiam rexerit; postquam sub Clemente X iterum in Curia Romana Episcoporum primum, & Regularium negocijs, mox Pontificiæ aulæ Magister præfecerit: postquam sub Innocentio XI inter Romanæ Ecclesiæ Cardinales fuerit allectus, Fauentinam Ecclesiam susceperit, Bononiẽsem legationem habuerit, & Neapolitanum Archi-episcopatum direxerit: tandem, mortuo Alexandro VIII, ad Pontificia comitia Romam euocatus Põtifex Maximus renunciatus est, & in Petri Sede Innocentius XII nuncupatus sic mirè,

sic

sic sanctè, sic optimè vixit, vt ejus laudes nunquam erudita posteritas conticescet. Sed satis, superque Romanorum more exequias Tuorum de Te dicturus præcurrere feci. Tu solus, Princeps Eminentissime, sufficis pro omnibus, in Te majorum omnium, in quibus separatas viderunt dotes antecessores, sunt coadunatæ perfectiones, qua ipsa, si Te solùm commendaturus calamum accepissem, rem vtique haberem. Es quippe qua publica, qua priuata laude florentissimus, ingenii dexteritate, scientiarum supellectili, virtutum odore, prudentiæ specimine, religionis zelo, aliisue tum summis, tum sanctis prærogatiuis, ex quibus prædicaris numeris omnibus absolutus. Dicant Tuas laudes populi Tarenti, cujus archi-episcopalem Ecclesiam sub Innocentio XI tam egregiè rexisti. Dicant Poloni, in quorum Regno apostolicam legationem sub Tuo Innocentio XII tam celeberrimè sustinuisti. Dicant nostri Neapolitani, qui sub regnante Clemente XI hilari animo Te pastorem Archi-episcopum acceperunt. Dicant Romani, qui cordis lętitiam externis ostenderunt signis, quum Te Cardinalem Principem Catholicę Ecclesię Pontifex Maximus creauerit. Dicant demum gentes omnes, quę generatim gaudent, dum Te vident propè summi pontificatus sedem Tui Innocentij XII memoriam renouaturum; natus enim es ad publicam felicitatem, inter optimos educatus ad optuma; nunquam nec puer, nec senex, semper maturus, vel virtuti, vel laudi: injusta reuellens, oppressos eleuans, pauperes erigens, bonosque exaltans, pater es omnium: pręter virtutem nescias quid amaueris, præter Deum quid timueris; qua igitur laudi datum est, quod in Tuis præclarè gestis omnia virtuti referantur accepta, fortunæ nihil. Tu es Patriæ decus, Patriciorum gloria, vindex religionis, tutator Ecclesię, auctor quietis, terrarum orbis benemerentissimus, homine major, vno minor Deo, & speculum es Magnatibus, qua viuant arte, qua imperent. At plus nimio fortassis indulsi calamo, auribusque obstrepui Tuis tulliano dignis eloquio. Tuam denique obsecro beneuolentiam, vt hoc, qualecumque sit meę obseruantię monumentum, Tuæ virtutis tholo suspensum non acri suscipias supercilio. Nullum est, quod consecro nullitatis materiam continens: multum est, si animi deuotionem maximam erga Te conspicis: lege quęso in frontispicio hujus Tractatus *de Nullitatibus Contractuum* veram seruitutem, quam Tecum felicissimè contraxi; & etiam, atque etiam oro Te, vt impudentię parcas meę, facilique excipias oculo hoc obsequii signum, quod Tibi tota animi submissione offero; valeat Tua persona, Princeps Eminentissime, Vir incomparabilis, & Nestoreos Tibi annos ad communem vtilitatem dignetur Deus Optimus Maximus elargiri, veluti poscunt preces meę, & expostulant Tua merita, quæ hic majori voto, quàm eloquentia expressi.

Neapoli idibus octobris CIƆIƆCCIV

DOMINICVS PORPORA I.C.

LECTORI IVRISPERITO.

Væ solent nonnulli in euulgandorum Operum vestibulis Proferri, Lector Iurisperite, hic ego non congero. Nulla à me Fama comparanda est, Auctori iamdudum (a) Viua per Ora Virûm volitanti, *nulla beneuolentia concilianda. Quis ALTIMARVM nesciat? Cui non ALTIMARII Volumina euoluuntur, pertractantur, expectuntur? Tot Ille Ingenij sui monumenta hucusque literis mandauit, tot Iuris Lucubrationes, quæ omnem olent Mineruam, hactenùs publici Iuris fecit, vt si Librorum molem (quid ni struem dixerim?) Cum annis conferat, vt cum Floro loquar,* (b) Ætatem vltrà putet. *Vt verò mihi ipsi potiùs satisfaciam, quam ei, qui profectò omnem exuperat laudem, illud hoc loci non silebo, quò nempè pacto Vir in Iure dicundo, perquam iugiter occupatus, ac publicis negotijs continenter deditus; Forensiumque strepitu iurgiorum, nulla ferè temporis intercapedine non abstractus, vt ad illa, quibus quisque ad curam corporis indiget exequenda, vix ei suppetere videatur: Is inquam tantopere literas excolere queat. Historicos mitto labores, Iurisprudentiam vnam, qua quidem* (c) Sublimi ferit Sidera vertice, *memorabo. Quæ Veterum, quæ Neotericorum Volumina non expendit? Quas Veterum, quas Neotericorum placita non callet? Quæ legum Penetralia, intimus Themidos Mystes, non attigit, atque adeò scrutatus est?* (d) *Appellarunt Græci Thaleleum suum IVRISPRVDENTIÆ OCVLVM: Stephanum verò GLOSSAM, seù LINGVAM: Papinianum ASYLVM IVRIS, DOCTRINÆQVE LEGALIS THESAVRVM dixere Latini. Valentinianus Quæstorem ARMARIVM LEGVM adpellauit. A Niceta Balsamon IVRIS LVCERNA vocitatus fuit: Obseruant alij quendam à Platone ORATIONVM SACCVM dictum: & Eunapius Sardianus Dionysium Longinum Rhetorem, SPIRANTEM BIBLIOTHECAM, seù VIVVM MVSÆVM prædicauit. At verò laudationes hæ omnes, omnia hæc tantorum Virorum præconia, vni ALDIMARIO tribuenda nemo planè inficias iuerit. Veridicèque cum Martiale canendum:*

(e) Vnum pro cunctis Fama loquatur.

Quamuis autem tot Ille scripta Volumina in vulgus ediderit, edatque in dies singulos: non tamen, vt quidam, chartas consumere nati, papyraceam tantummodo supellectilem officinis Librarijs multiplicat, vel potiùs labores fundit, non bonis auibus, cum quibusdam:

(f) Ne Toga Cordylis, ne penula desit oliuis:
Aut inopem metuat sordida Blatta Famem.

Tenet quippè, ait Saldenus, iuxtà Iuuenalem,

(g) . . . . infanabile multos
Scribendi Cacoëthes . . . .

Id est, insuperabilis scribendi prurigo, & ardor: Conscribillantiû gangrænam scitè *vocat Baudius:* Scribendi scabiem, *Erasmus: At eius Polygraphia nonnisi vtilia, nonnisi necessaria rimatur, ruspatur. Non formicarum, vt quidam è triuio Scriptorculi, Locutuleij, Rabulæ, Rubricarij, sed laudabili sanè Apum more, diuino præditarum ingenio, congerit: quæque iam in suum succum conuertit, & sanguinem, vt è re sint aliorum, legenda proponit. Hinc non Italia tantum Genitrix, sed Exteræ ferè Regiones omnes illius admirantur ingenium, doctrinamque, opera pluries typis mandant, incredibili expetunt alacritate, summisque extollunt encomijs. Nostrates prætereo, ne nimis excrescat oratio: Alienigenas paucos attingo: & quidem CL.V.D.* (h) *Alexander Iouius ICtus Perusinus, ac Antecessor toto fermè suo de Solemnitatibus in Contractibus Minorum opere Eum fusissimè celebrat: adpellans illum:* Virum doctum, & elaboratum: mirificè, ac doctè scribentem. *DD.* (i) *Auctores Actuum Eruditorum Lipsiæ Collectorum, die 1. Sept. 1692. in hanc rationem de Historia Genealogica Familiæ CARAFÆORVM loquuntur:* Hoc stupendi laboris opus nisi triginta annis ad vmbilicum perduci potuisse non mirabitur quisquis, vel iugi viuo illud perstrinxerit oculo: *& alibi:* Insigne Viri nobilissimi BLASII ALTIMARI opus de Originibus Illustrissimæ Gentis CARAFEÆ: *alio item loco:* Plura non addimus, nisi quod optamus, & alia maiora opera, quæ tantum non parata prælo Auctor habet. *D.* (k) *Bonauentura à Tristanis Iuris-prudentissimus*

(a) Cicer. Tuscul. 1.

(b) Lucius Flor. lib. 1. Prolog. Histor. Roman.

(c) Horat. Carmin. lib. 1. Ode. 1.

(d) Ioseph Nerius Analector. lib. 2. Cap. 19.

(e) Martial. lib. Spectaculor. Epigr. 1.

(f) Martial. lib. 13. Epigr. 1.

(g) Guliel. Sald. de libris lib. 1. cap. 1.

(h) Alexander Iouius de Solemnitatibus in Cõtract. minor. Glo. sa 22. §. 28. nu. 14. & rubr. 11. quæst. 31. & alibi

(i) Acta Eruditorum Lipsiæ die 1. Septembris 1692. in alio tomo fol. 550. & tomo 2. fol. 350.

(k) D. Bonauent. de Tristanis in decis. 11. num. 45.

mus Senator in Senatu Cataloniæ Sapientissimum ALTIMARIVM dicit. *Dicitur & Doctissimus* *à doctissimo Viro D. Francisco Romaguera: apud quem tanta est ille auctoritatis, vt semel, atque iterùm venerabundus repetat:* (a) Et pro mille ALTIMARVS: & vnus pro mille Dominus meus BLASIVS ALTIMARVS: *& alibi;* Itaque libenter confiteor, quod cuncta, quæ hic dicere possem, non esset nisi loco annotationis transcriptiones facere; ideò progressum omitto mente obsecuta in instanti, quo peruenit ad manus meas doctissimus Tractatus à sane Viro in nostra Iurisprudentia mirando, ac Domino colendissimo meo BLASIO ALTIMARO de Nullitatibus scriptus, in quo per 41. Quæstion. in Rubr. 12. inuenies cuncta, quæ hic excogitari possint, peruoluendo infinitos Auctores possent obseruari. Ipsum consule, & me gratum habebis ex sola remissione ad tam sane doctum Virum. Sic ille in Adnotat. ad Statuta Eugubij, & in addit. ad Conciol. *Nescitque à laudibus temperare vbicunque datur sibi occasio eum nominandi; præcipuéq; in Commentarijs ad Gerundensem Synodum: vbi non leui brachia, sed viribus totis in illius laudes insurgit. D. Leonardus Gutierrez de la Huerta, Ordinis Alcantaræ Eques, Eruditissimus Villacarriedensis I.C. (alumnus Illustr. D. D. Andreæ Guerrero de Torres Equitis Ordinis de Alcantara, Regiam Cancellariam Regentis integerrimi, Regiæ Cameræ Summariæ Locum. Tenentis meritissimi, Maiorum Sanguine præclarissimi, ingenij, animique dotibus omnibus præditi, ac magni Hispanicorum Regnorum Incrementi) D. Leonardus, inquam, literatorum Ocellus, atque altera spes Hispaniæ, quæ plures Antonios Augustinos, Nebrissenses, Barbosasque plures ei vni gaudet inesse; quemque ob scribendi elegantiam* (b) Suadæ medullam *Iure nomines; Is, inquam non semel, de* ALTIMARIO *verba faciens in celebri suo de Compensationibus opere. Illum* (c) Virum Doctissimum, ac de Republica Literaria optimè meritum fatetur: *& in nuperrimo omni eruditione refertissimo de Thesauris libro, pluries de eo honorificè præfatus, illius dogmatibus suam solidissimè firmat sententiam. Illustr. D.* (d) *Vincentius Vidania, iam in Insula Siciliæ Fidei Quæsitor perquam Vigilans, nunc verò Regij Sacelli Præfectus meritissimus, Vir omni excultus literatura, in Historia, quam eloquentissimè scripsit de Benauides Familia, pluribus eum ornat encomijs; Idemque fusissimè peragunt D.* (e) *Augustinus Fontana, Fons Iuris vberrimus: D.* (f) *Michael de Caldero, Prudentiæ oculus: D.* (g) *Marcus Antonius Salelli in literaria Republica inter Summates collocandus: D.* (h) *Michael Curtiada Regens Regalis Cancellariæ Cataloniæ omnium honestamento virtutum præclarissimus: D.* (i) *Vincentius Bondenus ICtus Argentanus æui sui Papinianus alter:* (k) *Ansaldus ab Ansaldis Patritius Florentinus, Rotæque Romanæ Auditor, nulli legum doctrina secundus: D.* (l) *Franciscus Maria Constantinus, Palladia conspiciendus oliua: D.* (m) *Iohannes Dominicus Raynaldus, Astreæ gladius acerrimus: D.* (n) *Ioseph Laurentius Maria Cesaregis Vir in Iure totus oculeus: D.* (o) *Aloysius Mansius Patritius, ac ICtus Lucensis, lux fulgentissima Patriæ: D.* (p) *Michael Iustinianus maximum Ianuensis nobilitatis ornamentum: D.* (q) *Nicolaus Riccius, Siciliæ decus. D.* (r) *Raphael Vilosa quondam Summæ Rei in hoc Regno Præfectus, Heros Iberis non tacendus gentibus.* (s) Ramigdius *Glatesca ingenij claritudine conspicabilis.* (t) *Antonius Gobius, cuius Calamus mortis fulmen:* (u) *Antonius Misaglianus, Lynx ad eorum, qui de Illustribus scripsere familijs mendacia detegenda. D* (x) *Carolus Rubeis mente Phænix, calamo, & ore felicissimus; ac vt tandem finem faciam, quis enim omnes recenseat? D.* (y) *Iacobus Wilhelmus Imhof inclytum Germaniæ sidus.*

Cum tot, tantisque veræ sapientiæ Proceribus, Amice Lector, par est, vt sentias, quo virtus suum recipiat præmium, Auctoremque nostrum impellas ad reliquos ingenij sui labores perficiendos. Blateronum quorundam hic ego nugas nil moror: Satis notus est, quem laudo, satis ignoti ij, qui Eius iustis inuident laudibus: atque in confesso est, me de ALTIMARIO *nunquam ità magnificè quicquã dicturum, id Virtus quin superet sua: quà de re cum Ouidio dicere lubeat:*

(z) Si Vox infragilis, pectus mihi firmius ære,
Pluraque cum Linguis puribus ora forent:
Non tamen idcircò complecterer omnia verbis,
Materia vires exsuperante meas.

V A L E.

(a) D. Franciscus Romaguera in addit. ad Conciol. in adnotation. ad Statuta Eugubij fol. 75. & fol. 44. n. 20. & fol. 166. n. 21. & fol. 148. n. 44.
Idem in Commentarijs ad Synodũ Gerundensem lib. 3. tit. 21. cap. vlt. nu. 46. & pluries alibi.
(b) Cic. de Clar. orat.
(c) D. Leonard. Gutierrez de Compensation. lib. 1. cap. 6. n. 68. Et in opere de Thesauris, pluribus in locis.
(d) D. Vincentius Vidania in Historia Familiç Benauides fol. 184.
(e) Augustinus Fontana in Bibliotheca legali part. 3. fol. 294. & alibi,
(f) D. Michael de Caldero decis. 4. nu. 58. & alibi
(g) D. Marcus Antonius Salelli in summa Tractatuũ Impression. Venet. verbo nullitas
(h) D. Michael Curtiada decis. 242. n. 12.
(i) D. Vincẽtius Bondenus in addit. ad P. Barbos. de prescriptionib. in l. 7. § illud C. de præscription. ad n. 50. & num. 52.
(k) Ansald. de Ansald. de Commerc. & mercat. disceptat. 24. num. 16
(l) D. Franciscus Maria Constantinus in Commentarijs ad statuta Vrbis Romanæ fol. 458. & alibi.
(m) D. Ioannes Dominicus Raynaldus in obseru. Crimin. & mixtis tom. 1. cap. 32. §. 4. & 5. n. 360.
(n) D. Ioseph Laurentius Maria ad Statuta Ianuæ fol. 3. n. 4.
(o) D. Aloysius Mansius Consult. 773. n. 1.
(p) D. Michael Iustinianus in literis memorabilibus to. 3. fol. 614. Ep. 138. & in obs. ad Nouar. in summa Bullarij tit. de Appellationib.
(q) D. Nicolaus Riccius de Renũciat. Paragij fol. 50 & alibi
(r) D. Raphael Vilosa dissert. 3. nu. 47. post tractat. de fugitiuis.
(s) Ramigdius Galatesca, in libro, cui titulus, Pidra abbattuta, fol. 27. (t) Antonius Gobius in tract. de aquis in addit. ad quæst. 7. (u) Antonius Misagliani Madrasa in lib. cuius index: Discorso delle Bugie di alcuni Autori nell'Istorie delle Famiglie nobili fol. 14. (x) Carolus Rubeis de confusione Iurium fol. 247. n. 44. fol. 252. n. 1. fol. 385. n. 3. 473. 501. n. 74. fol. 470. n. 341. fol. 503. n. 81. (y) D. Iacobus Vvilhelmus Imhof. in Histor. Genealogica plurium familiarum nobilium in familia Carafà fol. 336. (z) Ouid. Trist. lib. 1. eleg. 4.

DE
NVLLITATIBVS

CONTRACTVVM, QVASI CONTRACTVVM, DISTRACTVVM, VLTIMARVM VOLVNTATVM, ET QVORVMCVMQVE ACTVVM EXTRAIVDICIALIVM.

TRACTATVS AMPLISSIMVS

RVBRICÆ PRIMÆ, PARS QVARTA.

In qua, materia legalis, quò ad plures Contractus, latè, & luculenter tractatur, & explicatur.

A V C T O R E

DOM. DON BLASIO ALTIMARO

I. C. NEAPOLITANO, ET NEAPOLITANO, ET FLORENTINO PATRITIO.

Olim Insigni, in Neapolitanis Tribunalibus, Aduocato; Regij Castri Noui, eiusdem Ciuitatis Neap. Auditore; Sacri Regij Castri Capuani Consilij, Consiliario; Regiæ Cameræ Summariæ Fisci Patrono; & nunc denuò in eodem Supremo, Castri Capuani S.R. Consilio, Consiliario.



N E A P O L I, M.DCC.IV.
Ex Typographia Caroli Porpora, & Nicolai Abri.

S V P E R I O R V M P E R M I S S V.
Expensis Caroli Porpora, in cuius Libraria prostant. CVM PRIVILEGIO.

EMIN.^MO ET REV.^MO DOMINO

DOMINO, AC PATRONO SVO COLENDISSIMO

FRANCISCO

S. R. E.

CARDINALI PIGNATELLO

TIT. SS. MARCELLINI, ET PETRI

ARCHI-EPISCOPO NEAPOLITANO MERITISSIMO.

D. Blasius Altimarus Regius Consiliarius Castri Capuani Regni Neapolis per S. R. C. M.
D. D. D.

Iis templa, libros consecres Potentibus: vetustum est penès Petrum Blessensem, vetustum, inquam, adagium summa quippe impræsentiarum commendatione instaurandum; vt, si nasutis perperàm mordentibus opus fortasse displiceat, Optimates, sub quorum tutela in lucem scripta prodeunt, apprimè ipsissimum tueantur opus. Hinc, dum prælo tradere quartum hoc ex meo *Tractatu de Nullitatibus Contractuum*, *quasi Contractuum*, *& Distractuum* Volumen debuissem, quum diu Mecœnatem exquirerem, inter mille Magnates tanquam *electum ex millibus*, optumum Te perspexi Patronum, Eminentissime, atque Reuerendissime Princeps, qui inter scientiarum coripheos, Patriciorum ordines, Purpuratorumque comitia, velut inter ignes luna minores mirabiliter elucescis, & tanquam Saul *ab humero*, *& sursum eminens* es infra omnes. Iure itaque meritò do librum Tibi libris addicto, literarium munusculum confecro Viro-Principi literarum præfulgentia exornato, carumque ingenioli mei partum hunc dedico sacro Heroi Excellentissimæ Pignatellæ Familiæ, quæ, fama teste, laudatur non

 solùm

ſolùm in Italia, in Hyſpania, in Gallia, in Flandria, in Germania, aliiſque Europæ Prouinciis; verùm etiam in toto terrarum orbe, quum vndique ad nos reſonet gloria, cujus encomio ad ſydera proſapia extollitur iſta *centum complexa nepotes*, in qua (ſicuti Politicus quidam in antiqua Athenienſium re-publica *tot Reges vidit, quot ciues*) ita porro tot Principes celebrantur, quot ſunt ſiue deſcendentes, ſiue aſcendentes præfulgentiſſimi. Fuit ſemper progenies Tua, & erit perpetuò, quemadmodum eſt in præſenti, decorata titulis, honoribus exornata, Monarcarumue prædiſtincta fauoribus: in ea alios Heroes poſteris neutiquam deſcribens hiſtoria, niſi ſtrenuos prægrandium exercituum Imperatores, Hyſpaniarum Primates, Regnorum Moderatores, ditionum Victores, veteris Parthenopeæ rei-publicæ Duces, atque ſupremos Romanæ hyerarchiæ Dominatores; ſingulis enim Pignatellorum filijs pediſſequa fuit virtus, conſiliaria ſapientia, comes gloria: ex quo in cuiuslibet ipſorum pectore ſplendent faces, quarum ſymbula ſunt tres ollæ flammeæ, vt in quibuſdam antiquiſſimis ſtirpis gentilitiis ſtemmatibus obſeruantur, auctorante Philiberto Campanile, aſſumptæ ab illo celeberrimo Duce, qui auxilium Conſtantinopolitano Cœſari præbendo hac ignis ſpecie in hoſtem injecta aduerſam claſſem exarſit; qua-de-re Dion hiſtoricus hæc adnotauit: *Cœſariani vndique ad hoſtilem aliquam nauim accedentes jacula ignifera in eam emittere, faces manu conjicere, ollulaſque etiam carbonum, piciſque plenas*. Non adhuc in felici Italiæ campanea dulce Regis nomen auditum erat, quando Neapolitana reſ-publica anno CIↃCI ab æra chriſtiana feliciter erat ſub Lucio Pignatello, cui titulus Comeſtabilis datus fuit: dignitas equidem, quam illo œuo Romani Auguſti tantummodo ſuis germanis-fratribus concedebant, vt refert Ammianus Marcellinus de Valente, qui Comeſtabilis declaratus fuit ab ejus fratre Valentiniano, poſtquam hic rebus imperij potiretur. Itidem Ioannes Pignatellus CIↃCXC ab incunabulis Seruatoris Neapolis Conſul, & Comeſtabilis præelectus eſt. Sexies voluta ſunt ſæcula ea die, qua hujus frugiferæ arboris germina per orbem vniuerſum exeuntes noſtram illuſtrarunt patriam. Quid non magnanimè geſſit clariſſimus Pandulphus Pro-rex Caroli II Andagauenſis CIↃCCXCII, & deinde CIↃCCCIX legatus ab eodem Rege ad Pontificem Maximum? Quis enarrabit tot, tantaque geſta Tuorum? Andreas ſub Rege Roberto Dux fortiſſimus, qui, poſtquam in Brutiorum Prouincia CIↃCCCXIX pro Rege pugnando hoſtem ſubjecerit, electus fuit anno CIↃCCCXXVI ductor infantis Ferrandi Majoricæ nepotis Reginæ Sanciæ. Angelus, qui, regnante Carolo III in Lodouici Andagauenſis manibus captus fidelitatem antepoſuit libertati. Duo Hectores primus, & quartus Montis-leonis Duces, de quibus Carolus de Lellis, licèt multa, tamen ſatis jejunè ſcripſit: alter, præter ea, quæ ſub Rege Friderico Aragoniæ fecit, viginti duobus annis continuò fuit Siciliæ Pro-rex, Carolo V imperante, à quo fuit inter Hyſpaniarum Proceres cooptatus, & recepit inueſtituram plurium feudorum, inter quæ connumeratur illud Marſæ in Inſula Melitæ, quam curauit, vt ſcribit Boſius in hiſtoria Melitenſi, concedendam Equitibus Hyeroſolimitanis ab ipſo amplexis Meſſanæ poſt Rhodi expugnationem; quapropter ab illius ſacræ militaris religionis legatis coram ſe genuflexis recepit juramentum pro Cœſare. Alter CIↃIↃCIIJ à Philippo III Auſtriaco fuit deſtinatus Pro-rex Cataluniæ, quam nouem annorum ſpatio ſumma gubernauit pru-

den-

dentia: fuit inter Proceres Hyſpanos honorificè diſtinctus ; ajus ; & majordomus infantis Annæ-Iſabellæ, quam in Galliam conduxit nubendam Regi Ludouico XIII ; & Sereniſſima Anna-Iſabella (quemadmodum palam fit ex epiſtolis Cardinalis Bentiuoglio) ex juſſu Regis genitoris Hectori Pignatello, tanquam patri obtemperauit in omnibus: nominatus fuit Pro-rex Neapolis ea tempeſtate, quando Comes de Lemos ad ſacram Lauretanam Virginis-Matris domum ſe tranſtulit, de qua re Raphael Filamundus: fuit conſiliarius ſupremi ſtatus Monarchici: diem clauſit extremam lithiaſi morbo laborans, poſtquam ætatis ſuæ annum XLVIII expleuerat; incorruptum inuenere cadauer, quando ad patriam noſtram id tranſtulerunt: funus ipſi celebratum in Villa Matritij ab Alexandro de Sangro Patriarca Alexandriç, & Pontificis Legato ad Majeſtatem Catholicam, & alterum Barcinone à publica Catalanenſium gratitudine celebratum fuerunt quippe regalia. Fabricius V Dux Tuæ domus Montis-leonis pariter Hyſpaniarum Grandis Panormum ingreſſus eſt honorificentiſſimè receptus à Cardinali Oria Archi-epiſcopo, & Pro-rege obuiam exeundo tanto Principi tum armata, tum togata militia, quando illuc conduxit ſuum primo-genitum nupturum Joannæ Tagliauiæ Aragoniæ filiæ Ducis Terrç-nouæ, ob quod matrimonium peruenit ad Pignatelli familiam ampliſſimus ſtatus, qui ratione Marchionatis Valiiad Indias vſque ſe extendit: fuit carus Philippo IV, & fuit etiam Aragoniæ Pro-rex. Quis dinumerare poterit glorioſa peracta à Cœſare magno Camerario, à Tiberio magno Cancellario, à Duce Pignatello mortvo Girundæ, à Didaco Duce Belliſguardi, à Dominico ejus auunculo præfecto generalis militiæ in Hyſpania citeriori, & deinde Generaliſſimo in Extremadura, à Ferrante ex Principis Montis-Coruini, à Joanne ex Ducibus Roccæ, à Nicolao ex Ducibus Biſacciæ, à Michaele Marchione Sancti Mauri, à Landulpho, ab Octauiano, ab Annibale, & nunc ab excellentiſſimo Nicolao Ducis Montis-leonis, & Terræ-nouæ Procere Hyſpaniarum, Vice-rege Sardiniæ, Tuo cariſſimo germano-fratre, ac Domino meo colendiſſimo? Strictim deguſtatis lectiſſimis viris, qui ex Pignatelli genere laicalia luſtrando pacis, bellique ſtudijs florentiſſimi ſunt digni ſempiterna memoria, indicabo viros eccleſiaſticos, ſcilicet Bartholomeum Pignatellum Archi-epiſcopum Meſſanenſem ſub Vrbano Papa IV impigrè pro ſe agentem, atque ad tegendam Eccleſiam externos Principes excientem, Fuluium Epiſcopum Amiterni, Bartholomeum Archi-epiſcopum Picentinum, Stephanum S.R.E. Cardinalem, Antonium denique, qui, poſtquam ſub Vrbano VIII in cauſſis referendis munus Romæ expleuerit, & vicariam Vrbini legationem terminarit; poſtquam ſub Innocentio X Melitam fidei quæſitor appulerit, Viterbienſem prouinciam gubernauerit, & apoſtolicum Nuncium Florentiæ exſtiterit: poſtquam ſub Alexandro VII Polonicam legationem ſuſceperit: poſtquam ſub Clemente IX legatus in Germaniam ad Auguſtum Cœſarem miſſus fuerit, & Lycienſem Eccleſiam rexerit: poſtquam ſub Clemente X iterum in Curia Romana Epiſcoporum primum, & Regularium negocijs, mox Pontificiæ aulæ Magiſter præfecerit: poſtquam ſub Innocentio XI inter Romanæ Eccleſiæ Cardinales fuerit allectus, Fauentinam Eccleſiam ſuſceperit, Bononiēſem legationem habuerit, & Neapolitanum Archi-epiſcopatum direxerit: tandem, mortuo Alexandro VIII, ad Pontificia comitia Romam euocatus Pōtifex Maximus renunciatus eſt, & in Petri Sede Innocentius XII nuncupatus ſic mirè,

ſic

sic sanctè, sic optimè vixit, vt ejus laudes nunquam erudita posteritas conticescet. Sed satis, superque Romanorum more exequias Tuorum de Te dicturus præcurrere feci. Tu solus, Princeps Eminentissime, sufficis pro omnibus, in Te majorum omnium, in quibus separatas viderunt dotes antecessores, sunt coadunatæ perfectiones, qua ipsa, si Te solùm commendaturus calamum accepissem, rem vtique haberem. Es quippe qua publica, qua priuata laude florentissimus, ingenii dexteritate, scientiarum supellectili, virtutum odore, prudentiæ specimine, religionis zelo, aliisue tum summis, tum sanctis prærogatiuis, ex quibus prædicaris numeris omnibus absolutus. Dicant Tuas laudes populi Tarenti, cujus archi-episcopalem Ecclesiam sub Innocentio XI tam egregiè rexisti. Dicant Poloni, in quorum Regno apostolicam legationem sub Tuo Innocentio XII tam celeberrimè sustinuisti. Dicant nostri Neapolitani, qui sub regnante Clemente XI hilari animo Te pastorem Archi-episcopum acceperunt. Dicant Romani, qui cordis lętitiam externis ostenderunt signis, quum Te Cardinalem Principem Catholicę Ecclesię Pontifex Maximus creauerit. Dicant demum gentes omnes, quę generatim gaudent, dum Te vident propè summi pontificatus sedem Tui Innocentij XII memoriam renouaturum; natus enim es ad publicam felicitatem, inter optimos educatus ad optuma; nunquam nec puer, nec senex, semper maturus, vel virtuti, vel laudi: injusta reuellens, oppressos eleuans, pauperes erigens, bonosque exaltans, pater es omnium: pręter virtutem nescias quid amaueris, præter Deum quid timueris; qua igitur laudi datum est, quod in Tuis præclarè gestis omnia virtuti referantur accepta, fortunæ nihil. Tu es Patriæ decus, Patriciorum gloria, vindex religionis, tutator Ecclesię, auctor quietis, terrarum orbis benemerentissimus, homine major, vno minor Deo, & speculum es Magnatibus, qua viuant arte, qua imperent. At plus nimio fortassis indulsi calamo, auribusque obstrepui Tuis tulliano dignis eloquio. Tuam denique obsecro beneuolentiam, vt hoc, qualecumque sit meę obseruantię monumentum, Tuæ virtutis tholo suspensum non acri suscipias supercilio. Nullum est, quod consecro nullitatis materiam continens: multum est, si animi deuotionem maximam erga Te conspicis: lege quęso in frontispicio hujus Tractatus *de Nullitatibus Contractuum* ueram seruitutem, quam Tecum felicissimè contraxi; & etiam, atque etiam oro Te, vt impudentię parcas meę, facilique excipias oculo hoc obsequii signum, quod Tibi tota animi submissione effero; valeat Tua persona, Princeps Eminentissime, Vir incomparabilis, & Nestoreos Tibi annos ad communem vtilitatem dignetur Deus Optimus Maximus elargiri, veluti poscunt preces meę, & expostulant Tua merita, quæ hìc majori voto, quàm elequentia expressi.

Neapoli idibus octobris CIↃIↃCCIV

DOMINICVS PORPORA I.C.
LECTORI IVRISPERITO.

Væ solent nonnulli in euulgandorum Operum vestibulis Proferri, Lector Iurisperite, hic ego non congero. Nulla à me Fama comparanda est, Auctori iamdudum (a) Viua per Ora Virûm volitanti, *nulla beneuolentia conciliandæ. Quis ALTIMARVM nesciat? Cui non ALTIMARII Volumina euoluuntur, pertractantur, expetuntur? Tot Ille Ingenij sui monumenta hucusque literis mandauit, tot Iuris Lucubrationes, quæ omnem olent Mineruam, hactenùs publici Iuris fecit, vt si Librorum molem (quid ni struem dixerim?) Cum annis conferat, vt cum Floro loquar,* (b) Ætatem vltrà putet. *Vt verò mihi ipsi potiùs satisfaciam, quam ei, qui profectò omnem exuperat laudem, illud hoc loci non silebo, quò nempè pacto Vir in Iure dicundo, perquam iugiter occupatus, ac publicis negotijs continenter deditus; Forensiumque strepitu iurgiorum, nulla ferè temporis intercapedine non abstractus, vt ad illa, quibus quisque ad curam corporis indiget exequenda, vix ei suppetere videatur: Is inquam tantopere literas excolere queat. Historicos mitto labores, Iurisprudentiam vnam, qua quidem* (c) Sublimi ferit Sidera vertice, *memorabo. Quæ Veterum, quæ Neotericorum Volumina non expendit? Quas Veterum, quas Neotericorum placita non callet? Quæ legum Penetralia, intimus Themidos Mystes, non attigit, atque adeò scrutatus est?* (d) *Appellarunt Græci Thaleleum suum IVRISPRVDENTIÆ OCVLVM: Stephanum verò GLOSSAM, seù LINGVAM: Papinianum ASYLVM IVRIS, DOCTRINÆQVE LEGALIS THESAVRVM dixere Latini. Valentinianus Quæstorem ARMARIVM LEGVM appellauit. A Niceta Balsamon IVRIS LVCERNA vocitatus fuit: Obseruant alij quendam à Platone ORATIONVM SACCVM dictum: & Eunapius Sardianus Dionysium Longinum Rhetorem, SPIRANTEM BIBLIOTHECAM, seù VIVVM MVSÆVM prædicauit. At verò laudationes hæ omnes, omnia hæc tantorum Virorum præconia, vni ALDIMARIO tribuenda nemo planè inficias iuerit. Veridicèque cum Martiale canendum:*

(e) Vnum pro cunctis Fama loquatur.

Quamuis autem tot Ille scripta Volumina in vulgus ediderit, edatque in dies singulos: non tamen, vt quidam, chartas consumere nati, papyraceam tantummodo supellectilem officinis Librarijs multiplicat, vel potiùs labores fundit, non bonis auibus, cum quibusdam:

(f) Ne Toga Cordylis, ne penula desit oliuis:
Aut inopem metuat sordida Blatta Famem.

Tenet quippè, ait Saldenus, iuxtà Iuuenalem,

(g) . . . . insanabile multos
Scribendi Cacoëthes . . . .

Id est, insuperabilis scribendi prurigo, & ardor: Conscribillantiû gangrænam *scitè vocat Baudius:* Scribendi scabiem, *Erasmus: At eius Polygraphia nonnisi vtilia, nonnisi necessaria rimatur, ruspatur. Non formicarum, vt quidam è triuio Scriptorculi, Locutuleij, Rabulæ, Rubricarij, sed laudabili sanè Apum more, diuino præditarum ingenio, congerit: quæque iam in suum succum conuertit, & sanguinem, vt è re sint aliorum, legenda proponit. Hinc non Italia tantum Genitrix, sed Extera ferè Regiones omnes illius admirantur ingenium, doctrinamque, opera pluries typis mandant, incredibili expetunt alacritate, summisque extollunt encomijs. Nostrates prætereo, ne nimis excrescat oratio: Alienigenas paucos attingo: & quidem CL.V.D.* (h) *Alexander Iouius ICtus Perusinus, ac Antecessor toto fermè suo de Solemnitatibus in Contractibus Minorum opere Eum fusissimè celebrat: adpellans illum:* Virum doctum, & elaboratum: mirificè, ac doctè scribentem. *DD.* (i) *Auctores Actuum Eruditorum Lipsiæ Collectorum, die 1. Sept. 1692. in hanc rationem de Historia Genealogica Familiæ CARAFÆORVM loquuntur:* Hoc stupendi laboris opus nisi triginta annis ad vmbilicum perduci potuisse non mirabitur quisquis, vel iugi viuo illud perstrinxerit oculo: *& alibi:* Insigne Viri nobilissimi BLASII ALTIMARI opus de Originibus Illustrissimæ Gentis CARAFEÆ: *alio item loco:* Plura non addimus, nisi quod optamus, & alia maiora opera, quæ tantum non parata prælo Auctor habet. *D.* (k) *Bonauentura à Tristanis Iuris-prudentissimus*

(a) Cicer. Tuscul. 1.

(b) Lucius Flor. lib. 1. Prolog. Histor. Roman.

(c) Horat. Carmin. lib. 1. Ode. 1.

(d) Ioseph Nerius Analector. lib. 2. Cap. 29.

(e) Martial. lib. Spectaculor. Epigr. 1.

(f) Martial. lib. 13. Epigr. 1.

(g) Guliel. Sald. de libris lib. 1. cap. 1.

(h) Alexander Iouius de Solemnitatibus in Cōtract. minor. Glossa 22. §. 28. nu. 24. & rubr. 11. quæst. 31. & alibi

(i) Acta Eruditorum Lipsiæ die 1. Septembris 1692. in alio tomo fol. 550. & tomo 2. fol. 350.

(k) D. Bonauent. de Tristanis in decis. 11. num. 45.

mus Senator in Senatu Cataloniæ Sapientissimum ALTIMARIVM dicit. *Dicitur &* Doctissimus à *doctissimo Viro D. Francisco Romaguera: apud quem tantæ est ille auctoritatis, vt semel, atque iterùm venerabundus repetat:* (a) Et pro mille ALTIMARVS: & vnus pro mille Dominus meus BLASIVS ALTIMARVS: *& alibi:* Itaque libenter confiteor, quod cuncta, quæ hic dicere possem, non esset nisi loco annotationis transcriptiones facere; ideò progressum omitto mente obsecuta in instanti, quo peruenit ad manus meas doctissimus Tractatus à sane Viro in nostra Iurisprudentia mirando, ac Domino colendissimo meo BLASIO ALTIMARO de Nullitatibus scriptus, in quo per 41. Quæstion. in Rubr. 12. inuenies cuncta, quæ hic excogitari possint, peruoluendo infinitos Auctores possent obseruari. Ipsum consule, & me gratum habebis ex sola remissione ad tam sane doctum Virum. Sic ille in Adnotat. ad Statuta Eugubij, & in addit. ad Conciol. *Nescitque à laudibus temperare vbicunque datur sibi occasio eum nominandi; præcipuè; in Commentarijs ad Gerundensem-Synodum: vbi non leui brachio, sed viribus totis in illius laudes insurgit. D. Leonardus Gutierrez de la Huerta, Ordinis Alcantaræ Eques, Eruditissimus Villacarriedensis I.C. (alumnus Illustr. D. D. Andreæ Guerrero de Torres Equitis Ordinis de Alcantara, Regiam-Cancellariam Regentis integerrimi, Regiæ Cameræ Summariæ Locum-Tenentis meritissimi, Maiorum Sanguine præclarissimi, ingenij, animique dotibus omnibus præditi, ac magni Hispanicorum Regnorum Incrementi) D. Leonardus, inquam, literatorum Ocellus, atque altera spes Hispaniæ, quæ plures Antonios Augustinos, Nebrissenses, Barbosasque plures ei vni gaudet inesse; quemque ob scribendi elegantiam* (b) Suadæ medullam *Iure nomines; Is, inquam non semel, de* ALTIMARIO *verba faciens in celebri suo de Compensationibus opere. Illum* (c) Virum Doctissimum, ac de Republica Literaria optimè meritum fatetur: *& in nuperrimo omni eruditione refertissimo de Thesauris libro, pluries de eo honorificè præfatus, illius dogmatibus suam solidissimè firmat sententiam. Illustr. D. (d) Vincentius Vidania, tam in Insula Sicilia Fidei Quæsitor perquam Vigilans, nunc verò Regij Satelli Præfectus meritissimus, Vir omni excultus literatura, in Historia, quam eloquentissimè scripsit de Benanides Familia, pluribus eum ornat encomijs: Idemque fusissimè peragunt D. (e) Augustinus Fontana, Fons Iuris vberrimus: D. (f) Michael de Caldero, Prudentiæ oculus: D. (g) Marcus Antonius Salelli in literaria Republica inter Summates collocandus: D. (h) Michael Curtiada Regens Regalis Cancellariæ Cataloniæ omnium honestamento virtutum præclarissimus: D. (i) Vincentius Bondenus ICtus Argentanus aut sui Papinianus alter: (k) Ansaldus ab Ansaldis Patritius Florentinus, Rotæque Romanæ Auditor, nulli legum doctrina secundus: D. (l) Franciscus Maria Constantinus, Palladia conspiciendus oliua: D. (m) Iohannes Dominicus Raynaldus, Astreæ gladius acerrimus: D. (n) Ioseph Laurentius Maria Cesaregis Vir in Iure totus oculeus: D. (o) Aloysius Mansius Patritius, ac ICtus Lucensis, lux fulgentissima Patriæ: D. (p) Michael Iustinianus maximum Ianuensis nobilitatis ornamentum: D. (q) Nicolaus Riccius, Siciliæ decus. D. (r) Raphael Vilosa quondam Summæ Rei in hoc Regno Præfectus, Herós Iberis non tacendus gentibus. (s) Ramigdius Glatesca ingenij claritudine conspicabilis. (t) Antonius Gobius, cuius Calamus mortis fulmen: (u) Antonius Misaglianus, Lynx ad eorum, qui de Illustribus scripsere familijs mendacia detegenda. D (x) Carolus Rubeis mente Phœnix, calamo, & ore felicissimus; ac vt tandem finem faciam, quis enim omnes recenseat? D. (y) Iacobus Wilhelmus Imhof inclytum Germaniæ sidus.*

Cum tot, tantisque veræ sapientiæ Proceribus, Amice Lector, par est, vt sentias, quo virtus suum recipiat præmium, Auctoremque nostrum impellas ad reliquos ingenij sui labores perficiendos. Blateronum quorundam hic ego nugas nil moror: Satis notus est, quem laudo, satis ignoti ij, qui Eius iustis inuident laudibus: atque in confesso est, me de ALTIMARIO *nunquam ità magnificè quicquã dicturum, id Virtus quin superet suaquà de re cum Ouidio dicere lubeat:*

(z) Si Vox infragilis, pectus mihi firmius ære,
Pluraque cum Linguis puribus ora forent:
Non tamen idcircò complecterer omnia verbis,
Materia vires exsuperante meas.

V A L E.

(a) D. Franciscus Romaguera in addit. ad Conciol. in adnotation. ad Statuta Eugubij fol. 75. & fol. 44. n. 20. & fol 166. n. 21. & fol. 148. n. 44.
Idem in Commentarijs ad Synodũ Gerundensem lib. 3. tit. 21. cap. vlt. nu. 46. & pluries alibi.
(b) Cic. de Clar. orat.
(c) D. Leonard. Gutierrez de Compensation. lib. 1. cap. 6. n. 68. Et in opere de Thesauris, pluribus in locis.
(d) D. Vincentius Vidania in Historia Familię Benanides fol. 184.
(e) Augustinus Fontana in Bibliotheca legali part. 3. fol. 294. & alibi.
(f) D. Michael de Caldero decis. 4. nu. 58. & alibi
(g) D. Marcus Antonius Salelli in summa Tractatuũ Impression. Venet. verbo nullitas
(h) D. Michael Curtiada decis. 42. n. 12.
(i) D. Vincẽtius Bondenus in addit. ad P. Barbos. de præscriptionib. in l. 7. § illud C. de præscription. ad n. 50. & num. 52.
(k) Ansald. de Ansald. de Commerc. & mercat. disceptat. 24. num. 16
(l) D. Franciscus Maria Constantinus in Commentarijs ad Statuta Vrbis Romanæ fol. 458. & alibi.
(m) D. Ioannes Dominicus Raynaldus in obseru. Crimin. & mixtis tom. 1. cap. 32. §. 4. & 5. n. 360.
(n) D. Ioseph Laurentius Maria ad Statuta Ianuæ fol. 3. n. 4.
(o) D. Aloysius Mansius Consult. 773. n. 1.
(p) D. Michael Iustinianus in literis memorabilibus to. 3. fol. 614. Ep. 118. & in obs. ad Nouar. in summa Bullarij tit. de Appellationib.
(q) D. Nicolaus Riccius de Renũciat. Paragij fol. 50. & alibi
(r) D. Raphael Vilosa dissert. 3. nu. 47. post tractat. de fugitiuis.

(s) Ramigdius Galatesca, in libro, cui titulus, l'Idra abbattuta, fol. 27. (t) Antonius Gobius in tract. de æquis in addit. ad quæst. 9. (u) Antonius Misagliani Madrasa in lib. cuius index: Discorso delle Bugie di alcuni Autori nell'Istorie delle Famiglie nobili fol. 14. (x) Carolus Rubeis de confusione Iurium fol. 247. n. 44. fol. 252. n. 1. fol. 385. n. 3. 475. 501. n. 74. fol. 470. n. 342. fol. 503. n 81. (y) D. Iacobus Vvilhelmus Imhof. in Histor. Genealogica plurium familiarum nobilium in familia Carafâ fol. 336. (z) Ouid. Trist. lib. 1. eleg. 4.

EMINENTISSIMO SIGNORE.

CArlo Porpora Libraro di questa fedelissima Città supplica V.E. come desidera stampare vn'Opera nuoua del Reg. Consigliere D. Biagio Altomare: *Tractatus amplissimus de Nullitatibus Contractuũ, &c.* Per tanto supplica V.E. commettere la reuisione à chi meglio li parerà, e l'hauerà a gratia, vt Deus.

De mandato Eminentissimi Domini.

Dom. Canonic. D. Antonius Cangianus videat, & in scriptis referat. Die 22. Iulij 1699.

IO: ANDREAS SILIQVINVS VIC. GEN.

D. Ianuarius de Auria Can. Dep.

EMINENTISS. ET REVEREMDISS. DOMINE.

IVssu Em. Tuæ Reu. libenti animo, perlegi Opus, summo studio elucubratum, cui titulus est: *Tractatus amplissimus de Nullitatibus Contractuum*, Dom. D. Blasij Altimari Regij Consiliarij, viri sanè omni virtute præditi, maximè in legali disciplina; in eo nihil profectò inueni bonis moribus dissonum, aut fidei Ortodoxæ reluctans, sed maxima admiratione dignum illud existimo, vtpotè complectens plurimas iuris Conclusiones, ex intima Iurisprudentia erutas, & apprime vtile in iudiciali palestra se exercere oprantibus: quare ad publicam vtilitatem typis mandari posse dijudico: si ità videbitur Em. Tuæ. Hac die 11. Nouembris 1699.

Em. Tuæ Reuerendiss.

Humillimus Cliens.
Antonius Cangianus.

Attenta suprascripta relatione Domini Canonici Reuisoris, quod potest imprimi.

Imprimatur die 16. Aprilis 1700.

IO: ANDREAS SILIQVINVS VIC. GEN.

D. Ianuarius de Auria Can. Dep.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

CArlo Porpora Libraro di questa fedelissima Città supplicando dice à V.E. come intende fare stampare alcune Opere Legali del Regio Consigliere Signor D. Biagio Altimari: cioè il *Trattato de Nullitatibus Contractuum, quasi Contractuum, Distractuum, Vltimarum Voluntatum, & quorumcumque Actuum extraiudicialium, &c.* Supplica per tanto V.E. commettere la reuisione à chi li parerà, acciò possa ottenere le licenze, e l'hauerà à gratia, vt Deus.

Ill. Dom. Reg. Cons. D. Carolus Antonius de Rosa videat, & in scriptis referat.

GASCON REG. GVERRERO REG. BISCARDVS REG.

Cæteri Spect. Reg. impediti.

Prouisum per S.E. Neap. 6. Martij 1703.

Mastellonus.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

IVssu E.V. perlegi Librum, cui titulus est: *De Nullitatibus Contractuum, quasi Contractuum, Distractuum, & quorumcumque actuum extraiudicialium*, a Consiliario D. Blasio Altimare summo studio elucubratum, & vti sapidis Maris fructibus affluentem, vtilem quam maximè existimaui, vt omnes igitur huiusce modi fructibus doctrinæ fœcunditate sui ingenij erogatis frui valeant, quia nihil in eo regali iurisdictioni contrarium, typis edendum censeo, si ità videbitur E.V. quam Deus incolumem, & feliciter semper seruet.

Exc. Vestræ.

Humillimus Seruus.
Carolus Antonius de Rosa.

Visa supradicta relatione Imprimatur, & in publicatione seruetur Regia Pragm.

GASCON REG. GVERRERO REG. BISCARDVS REG.

Prouisum per S.E. Neap. 18. Aprilis 1703.

Cæteri Spect. Reg. impediti.

Mastellonus.

In fol. 278. vers. *quod Confraternitate*, tolluntur illa verba *Indistincte. Quoad omnia ibidem apposita* cum Confraternitates, dicantur loca pia, & per consequens non subijciantur Iudici laico, nisi quo ad ea, quæ merè sunt temporalia, quorum cognitio spectat ad Iudicem laicum, *Ricc. resol. 151. nu. 3. lib. 3. Grat. discept. 48. n. 11. cum seqq.* & ibidem per ipsum consideratis, neque verum est *controuersias ortas inter Confraternitates in processionibus, & similibus, dirimendas esse per Iudicem laicum*; nam hoc spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, tanquam respiciens actum spiritualem, qua de causa cognitio ad Iudicem laicum pertinere non potest vti incapacem rerum spiritualium, sed ad ipsummet Iudicem Ecclesiasticum, *Ricc. resol. 151. n. 2. lib. 3. Genuens. in prax. Cur. Archiep. edit. Neap. cap. 63. n. 8.*

In fol. 132. vers. *verum si sint duo hæredes*, dicitur quod rescissio contractus facti cum principali defuncto, cuius existunt duo hæredes, alter clericus, alter laicus; quemadmodum enim est rescindendus contractus quo ad laicum, ita quoque est rescindendus quo ad clericum, iuxta quam sententiam est intelligendus, *Alex.* ibid. allatus in *consult. Capyc. Latr. 103. n. 23.*

ELEN-

ELENCHVS QVÆSTIONVM PARTIS QVARTÆ

RVBRICÆ PRIMÆ.

TRACTATVS DE NVLLITATIBVS

CONTRACTVVM, QVASI CONTRACTVVM, DIXTRACTVVM, ET QVORVMCVMQVE ACTVVM EXTRAIVDICIALIVM, RVBRICÆ PRIMÆ, PARTIS SECVNDÆ, SVPPLEMENTVM SECVNDVM.

AGemus hic de Nullitate Contractus, Et quæ sit illa. Sed dicimus Summatim hic: Nullitatem facere Contractum, ac si ille non esset. Dicemus in quo differat Nullitas Contractus a Rescissione, & Resolutione Contractus, & dicemus Rescissionem, & Resolutionem etiam auferre vim, & essentiam Contractui, nam si rescinditur, aut resoluitur non est Contractus celebratus. Dicemus de Restitutione in Integrum aduersus Contractum, quæ operatur, quod non faciat stare contractũ in statu primæuo. Dicemus de Reuocatione Contractus, quæ reuocatio annullat Contractum. Dicemus de Nouatione Contractus, quæ resoluit primum Contractum, & facit alium Contractum. Dicemus de Delegatione Contractus, quæ operatur idem, ac Nouatio. Dicemus de Acceptilatione, quæ destruit Contractum; Dicemus de præscriptione Contractus, quæ extinguit contractum. Dicemus de Confusione Contractus, quæ similiter resoluit Contractum. Dicemus de Compensatione, Remissione debiti, & Extinctione debiti, qui contractus similiter faciunt inexistentes priores Contractus. Dicemus demum de Effectibus Nullitatis Contractus. De quibus Nos etiam de Nullitatibus Iudiciorum rubr. 8. quæst. 13. & seqq.

SVMMARIVM.

Quæst. XXXVI.

Quid sit Nullitas Contractus, quæ eius ethimologia, & Origo.

Quæst. XXXVI.

DEfinitio rei est Initium omnis Disputationis, *Moneta de distribut. p. 1. qu. 1. num. 1. Arist. 1. physic. Cic. 1. offi. ior. l. 1. ff. de dolo, l. 1. ff. si cert. pe-*
1 *tat. Molfes. super Consuet. Neapol. tit. de renunciat. qu. 1. nu. 1. Donad. eod. tract. c. 1. nu. 1. Leotard. de vsuris qu. 1. nu. 1. Fusar. de substit. qu. 1. nu. 1. Nos de Nullit. Iudic. rubr. 1. q. 1. num. 4. & in hoc tract. nullit. contract. q. 1 nu. 1.*

2 Quamuis prius de ethimologia, & deinde de rei definitione, tractandum esse dicat *Vulpian. in l. 1. ff. de instit. & iure, Arist. 4. Methaphyc. Bellon. de iure accresc. cap. 1. D. de Angelis de Impens. & meliorat. art. 1. nu. 11.* Tamen Nos imitantes *Vantium in tract. de Nullit. Iudic.* prius agemus de definitione Nullitatis, deinde de ethimologia, & Origine, nam cognita illius definitione, facilius Origo cognoscitur. Et origo initium cuiuscumque rei significat, *Caluin. in Lexico verb. origo, Nos d. q. 1. nu. 8.*

3 Ex quo in Iure nostro omnis definitio periculosa est, teste Iuris consulto in *l. omnis, ff. de regul. Iur. Tiraq. de primog. qu. 1. Cagnol. in d. l.*

tractus, *Alciat.lib.6.paradox.c.9. Mendoza lib.1. disp.Iur.Ciuil.c.8.nu.8. Felician. de censib.lib.1. c.1.nu.10. Roderic. de ann. redd.lib.3.q.7.num.3. Cenc.de censib.qu.7.nu.18. Oroz de Apic.Iur.Ciuil. lib.3. c.3. num.2. Pacion.de locat.c.1.nu.4.5. D. Rubeus de confus.c.1.nu.17. Ripol.rubr.2.q.n. 24. Nos d.q.1.n.9.10.11.*

4 Et definitiones Iuris nostri sint factæ iuxtà morem Oratorum, non Dialecticorum, vt probat *Merend.lib.23. controu. cap.47.* Quamuis dissentiat *Vela dissert.34. num.27. & seqq.* dicens in illo *textu l.omnis definitio I.C.* non loqui de vera definitione, sed de determinatione, seu regula, quæ solet habere limitationes, & affert multos *tex.* ad materiam.

5 Et etiam ipsi Legumlatores potius desscribendo, quam definiendo in nostra legali philosophia processerunt, vt videre est cum *Intrig.* doctissimo I.C. Siculo in eius *Tract. de feudis cent.1.qu.1.nu.33. & seqq.* In mutuo, dolo, legato, testamento, Tugurio, pignore, frumento, territorio, actione, hæreditate, & alijs Diximus in *Tract.de Nullit.Iudic. rubr.1. qu.1.nu.12. Molin.de primog.lib.1.c.1.n.24.*

6 Ideò *Nullitatem* strictè definire relinquimus, proinde illam potius describemus, cum descriptio suscipiatur ex accidentium concursu, vel ex ethimologia, Definitio, secundum *Aristot.6. Topicor. & Boet.2.tom. epicor.* tantum ab essentia, & substantia rei, ex Nostris dixere *Bal. in l.maximum vitium, C. de liber. præterit. Alciat.in pararg.c.21.defin.1. Euerard. loco 6. Leonard.in commentar. Oeconomic. Arist. D. Rosæus in meth. Iuris.*

7 Qua propter illud dicitur propriè tale, quod ex definitione habetur. *Nos sup. num.13.* Cum definitio sit Oratio naturam rei plenè indicans, & manifestans. *Nos ib. d.n.14.*

8 Sic capiendo illam cum *Vantio* in principio eius *Tract.de Null t.* prout quid in concreto, dici potest, quod sit: Vitium, seu defectus rei gestæ proueniens ob legis transgressionem, ad *tex.in l. non dubium, C.de legib. Maring.sup. rit.Sicil.nota 100.p.1. Nos d.q.1.n.15.*

9 Considerando, & capiendo Nullitatem ipsam, prout quid in abstracto, & facultate agendi, Iurisque remedio, & legali subiecto describi potest, vel cum *Hippol. Rimin. cons. 80.nu.30.* quod sit: *Iuris remedium legum tutamen, pœna temerariorum, auxilium commune, & vera defensio oppressorum, ob publicam vtilitatem introductum;* cuius meminit *Ruginell. de appell.§.3.c.1.n.1.*

10 Vel cum *Vantio sup.* Nullitas in abstracto, Quod sit Ius, & commune auxilium, ad irritandum, seu irritum nunciandum actum, de quo quæritur, competens, quem sequuntur communiter omnes, *Scacc.de appellat. remed. 19.concl.1. Pellegrin. praxi Vicar.p.3.sect.1.n.45. Peguer.in praxi rubr.27.de except.nullit.contra sentent.d.ff.n.nu.1. Maring.sup.rit.Sicil nota 100 p.1. Rido.sinm praxi p.1.c.13.nu.261. Rodriq. de modo vid. process.c.vl.p.2.num.1. Costa de retro tract.c.7.c.9.nu.1. Diaz.Pe ez in l.2.tit.15.lib. 3.ordin.gl.1. Nos dict qu.1.nu.17.*

11 Definitio hæc, seu Descriptio habet genus, & differentiam, secundum præceptum *Aristotel. lo is sup.cit.* genus, quatenus conuenit alijs, Differentiã quatenus per illã res differt ab omnibus alijs, quę nõ sunt illa res, ex Nostris *Marant.in spec. p.2.n.6. col.mihi 6. Mendoz. de definit. p.1.in proem.n.13. Mendoz. de p.... c.9.n.9. Pichard.disp.de mora n.3.24 seqq. Galter. de instru. liquid.3.p.2.rubr.1.nu.2. Nos sup.nu.18.* Dicitur Ius, ad instar vsusfructus, possessionis, Actus, habitationis, post mille *Nos sup.n.19. & seqq.*

12 Difficultas est in videndo quale Ius sit, scil. Actio, exceptio, vel Iudicis officium. Et resolutiuè dicimus, quod si agimus de Nullitatibus in Iudicio factis, pro illis declarandis, seu reuocandis Iudicis officium nobile competit, vt post *Innoc. & alios Vant. quid sit nullitas num.2. Alex.cons.225. Pichard.lib.4 instit. de offic.Iud.in princ.i tuli num.6.seqq. Pomer. de offic.Iudic.lib.7.cap.45.num.1. Cumia in ritu Sicil. c.17.num.46. Tusc.lit.C. concl.168. num.11. Gratia dec.67.num.9. Mansc.... ent.exam 6.nu.65. Gisan.de ordin. Iudic. lib.2.c.12. Nos sup.nu.24.*

13 Si verò agimus de Nullitate actus extraiudicialis, veluti contractus, de qua materia hic; Si Nullitas dolo contrahentium prætenderetur, tunc agi debet actione de dolo, *l. eleganter in princ.ff.de dolo, Alex.cons.122.c.d.1.lib.6. Cumia in ritu Sicil. cap.17. num.42.* Et non agitur ex contractu, quia ille est nullus, & consequenter nullã parit actionem, *Caroc.de deposit. p.1.rubr.aduersus quos detur actio depositi nu.14. Hermosill.ad l.57.in add.gl.2. num.29. Nos sup. num.25.*

14 Si Nullitas ex contractu, & partium conuentione prouenit, agendum est ex eodem contractu *l.ex empto, §.si qui viam, ff.de action.empt. Anchar.in Clem.1. col.3.de re iudic. Cumia in d.c.17.n.49. Nos sup.n 26.*

15 Dicitur *Commune auxilium*, nam quod sit tale, patet, & probatur in *l. in causæ, in princ. ff.de mino. Vant.sup. num.7. Peguer. in praxi rubr.27.num.3.* Verum quia verba illa conueniunt etiam appellationi, *l.3 §. fin. ff. rem ratam hab, vbi gl. & in d.l.1.2. C. quando prouo. non est necess. Nos sup.nu.27.29.*

16 Loco differentiæ sunt posita illa verba: *Ad irritandum, seu irritum nunciandum actum, de quo quæritur, Nam hæc est propria essentia nullitatis, per quam differt ab appellatione,* Nam appellatio non competit principaliter ad irritandum actum; sed ad corrigendum Iudicis imperitiam, ac Iudicatum suspendendum, seu extinguendum, *l.1.in princ.ff. de appellat. l.1. §.fin.ff ad Turpill. l.cum apud, ff.iudic.solu.*

17 Sic appellationis definitio est: Prouocatio à minori ad maiorem Iudicem, ratione grauaminis illati, vel inferendi, *c. vt debitus.* appel-

appellat. Scacc. de appell. q. 2. art. 1. D. Petra in tit. 6. n. 2. Nos sup. n. 29.

18 Nullitas deseruit tam ad irritandum actum, qui non est ipso Iure nullus, sed annullandus ope exceptionis, quam etiam ad declarandum, & annunciandum actum ipso iure nullum, vt patet exempla *toto titulo, C. si à non compet. iudic. iuncto tit. C. quando prouoc. non est necesse, cum concord.* & sic colligitur remedium hoc ad vtrumque competere, *Vant. sup. num. 10. Carpzou. in process. Iuris tit. 19. art. 3. nu. 5. Rodriq. de modo vid. process. c. 12. p. 1. num. 4. Nos sup. num. 30.*

19 Nullitas in concreto est vitium, seu defectus rei gestæ, ob legis transgressionem proueniens; & quando est clara, & patens dicitur fauorabilis, & tenetur Iudex omnino illam declarare, cum nulla sit maior iniustitia, quam nullitas patens; quando vero est turbida dicitur odiosa, & potius pro validitate stat præsumptio, *Vant. tit. 1. Scacc. de appellat. q. 19. Pac. Iordan. lucubr. vol. 3. lib. 14. tit. 28. nu. 2. Ridolfin. in praxi p. 1. c. 13. num. 261. & seqq. Nos de nullit. iudic. rubr. 1.*

20 Nullitas est *Vantio sup.* deriuatur à suo primitiuo: *Nullus, Nulla, Nullum*, sicut Falsitas à falso, Veritas a vero, & sic de similii, *Ridolfin. in praxi p. 1. c. 13. n. 261.*

21 Nullus descendit teste *Ambros. Calepin. in Dictionario verb. Nullus, Torsellin. de particulis verb. Nullus, num. 10.* A Non, & vllus, quasi Non nullus. Vllus significat Aliquis, vt ex *text. l. 1. §. hac autem verba, ff. quod quisque Iuris, l. si mulier, § si dos, ff. de eo, quod metus causa, l. 1. ff. de interd. Vant. sup. nu. 11.* Qui *nu. 12.* dicit dictionem, & vocabulum hoc: *Nullitas* nullibi reperiisse in toto corpore *ff. & C.* Sed per alia verba, & elocutiones, Iurisconsultos, pro exprimenda actus inualiditate, locutos fuisse, vtpotè *nullum, irritum, inane, inutile, vel nullius roboris, aut momenti existere, non valere, non tenere, nullas habere vires, &c. Nos sup. qu. 2. num. 6.*

22 Nullitas habuit originem ab ipsa lege, & cum ea simul orta est, nam statim, ac Ciuitates conditæ, ac Magistratus creati fuere, leges, & Canones fuerunt promulgati, per quos certa forma introducta est in omnibus negotiis, imò adstrinxerunt vitas hominum ad obseruantiam, vt habetur in *l. 2. §. quia, C. de vet. Iur. Enucl. l. leges, l. humanum, C. de legib. c. 1. 2. dist. 4. Nos sup. num. 7. Bender. de reuis. concl. 18. num. 1.*

23 Et in odium, & pœnam transgressorum pacta contra tales leges, & Canones pro infectis, cassis, ac nullius roboris haberi iussit lex, & decreuit, & tunc hoc remedium *Nullitatis* proditum est, vt habetur in *l. non dubium, C. de legib. l. vnic. C. qui pro sua Iurisd. l. pacta, quæ contra, de pactis, l. ex preto, C. si cert. petat. c. quæ contra, de reg. iur. c. imperali 25. qu. 2. c. religiosis, [illegible] in 6. Rodriq. de modo vid. process. [illegible]* *c. 12. p. 2. num. 3. Trentacinq. var. tit. 1. res. 1. Nos sup. n. 8.*

24 Et statim ac fuit posita lex, insurrexit cognitio, & remedium *Nullitatis*, quia vbi lex non fuisset, nec præuaricatio, & per legem est cognitio peccati, vt dicit *D. Paulus ad Roman. c. 3. 4.* Igitur ex transgressione, & præuaricatione legis nascitur vitium, & defectus *Nullitatis, Nos sup. n. 9.*

25 Nullus est actus, & contractus, qui fit contra legem, contra eius voluntatem, & rationem, *l. 3. §. 3. ff. ad macedon. l. non dubium, C. de legib.* vbi omnes DD signanter *Barbos. & Branneman. Vigas resol. forens. cap. 2. nu. 24. Reg. Sanfel. dec. 195. 390. Trentacinq. var. 1. res. 1. Tusc. lit. L. conclus. 269. Diana p. 10. tract. 12. res. 6. 7. Sabell. §. forma nu. 2. §. actus n. 7. Scoppa ad Merlin. contr. 77. lib. 1. Giurba dec. 118. n. 10. Rosis select. c. 69. n. 1. Tap. dec. Senat. Ital. 3. num. 47. Giurba obseru. 113. num. 4. Rota dec. 200. nu. 6. tom. 5. in nouiss. Bertazol. consil. crim. 233. nu. 1. tom. 1.*

26 Potest fieri contra legem aperte offendendo legem, & eius verba. 2. fraudem facere legi, idest non verba, sed mentem legis offendere, *Bart. in d. l. non dubium, Farinac. in fragm. lit. L. num. 173. Soar. de legit. lib. 5. cap. 28. Salas eod. Tract. qu. 96. tract. 14. dist. 16. sect. 8. n. 84.*

27 Potest fraus fieri legi multis modis, vt dicit *Zasius in l. contra legem, ff. de legib.* scil. de re ad rem, de persona ad personam, & de contractu ad contractum, *Donell.* & ibi *Hillig. l. 1. c. 14. lit. E.*

28 Quando ità commissum est in legem, tunc dicunt *Impp.* quod ità contra legem gestum est, nullum habere effectum, in commodum facientis, secus contra ipsum, quoad pœnam; quamuis legislator ipse non declarauerit inutile fore, quod factum fuerit contra legem, *Farinac. sup. num. 170. Alphan. collect. 27. Gratian. reg. 14. Lopez in l. 28. in gl. verb. contra, tit. 11. p. 5. Menchi. vsufr. 10. nu. 5. seqq. Vantius de nullit. tit. quot, & quib. modis n. 52. Mendoz. de pactis lib. 1. c. 4. nu. 49. 40. Paz ad ll. styli fol. 200. nu. 81. Pereira in l. si Curatorem, verb. minoribus, num. 5. C. de in integr. restit. Anguian. de legib. lib. 3. contr. 5. nu. 10. contr. 7. num. 21. Salas eod. tract. qu. 96. tract. 14. disp. 15. sect. 8. num. 16. Suar. de relig. tom. 2. lib. 2. c. 29. nu. 20. & de legibus lib. 5. c. 25. nu. 22. & c. 27. nu. 2. & c. 28. à princ. Rota coram Vbald. dec. 240. n. 10.*

29 Licet lex non prohibitiuè, sed dispositiuè tantum loquatur, *Vasq. p. 2. contr. c. 20. nu. 1. & seqq. Tiraq. de legib. connub. gl. 4. nu. 6. Gencter. cons. 6. n. 7. seqq.*

30 Imò & quod deinde subsequutum est, nullum est, & omnis contractus, prohibente lege factus, ipso Iure nullus est, quando scil. lex aliquid vetat, nulla pœna adiecta, *Donell. lib. 6. c. 13. lit. D. & ibi Hillig.*

31 Quia lex pœnam imponens simpliciter, regulariter non censetur actum ipsum annul-

 lare

lare, *Vant. de nullit. tit. quot, & quib. mod. &c. n. 54. Farinac. sup. n. 59. Sabell. in summa dec. verb. Actus nu. 6. §. forma. num. 2. vers. quod Nullitas & §. nullitas nu. 33. D. Ganauer. dec. 53. & cons. 6. Torre de pact. fut. success. lib. 3. c. 1. nu. 10.* Idem *Sabel. §. forma nu. 2. in fin.*

32 Nisi certa forma negatio esset à lege præscripta, & ita intelligendus *Tiraq. sup. num. 5. Menoch. cons. 996. nu. 22. Altograd. cons. 64. n. 56. seqq. lib. 2. D. Saminiat. contr. 78. nu. 8. contr. 79. n. 22. D. Ionius de solemnit. in contract. minor. in addit. ad gl. 15. §. 2. nu. 24.* aliter sublimitat *Alderan. Mascard. de interpret. stat. concl. 9. num. 41. & seqq.* bene *Brunem. in d. l. non dubium, C. de legib.*

33 Quando lex loquitur per verba: *Non possit*, tunc actus est nullus, quamuis post prohibitionem pœnam imponat, *Tiraq. in leges connub. gl. 4. num. 3. Redoan. de reb. Eccles. non alien. qu. 22. nu. 12. Boccacc. in constit. Piceni gl. 6. nu. 107. seqq. & nu. 166. Soar. d. lib. 5. c. 25. nu. 4. seqq. & c. 28. nu. 19. Alder. Mascard. de interpr. stat. concl. 9. nu. 38. seqq. Salas ad sect. 8. nu. 17. 18. Farinac. sup. nu. 195. seqq. Mart. Medic. dec. 28. & exam. 16. Marescot. var. lib. 1. cap. 20. nu. 14. & lib. 2. c. 29. Trentac. var. lib. 1. res. 1. Valasc. de Iudice perfect. rubr. 9. annot. 12. §. 2. num. 17. seqq.* vbi contra communem pro validitate actus, si non adest clausula *irritans*, Idem *Trentacinq. cons. 28.* Idē *Farinac. dec. 324. nu. 6. in posth. nu. 2. Burat. dec. 688. nu. 12. 13. Caualer. dec. 7. num. 4. Fenzon. ad statut. Vrbis c. 47. nu. 11. 12. Sansel. dec. 195. n. 14. & dec. 390.* vbi *Addit.* Qui dicunt, quod si lex, seu statutum loquatur per verba negatiua, resultat nullitas, etiam adiecta pœna, Si per verba affirmatiua secus, Nisi adsit clausula *irritans*, vel dispositio respiciat substantiam actus, vel inducat formam, vel sit directa ad actum ipsum, & non simpliciter ad Iudicem, Ea ratione, quia lex negatiua obligat semper, & ad semper, *Tusc. lit. A. concl. 141.* Secus affirmatiua, *Ganauer. dec. 53. & cons. 6. nu. 7. & seqq. Sabell. §. nullitas nu. 33. §. actus n. 7.* Et ignorantia iusta excusat à pœna, non à nullitate, *Tusc. lit. A. concl. 142. D. h. Galeot. tom. 1. contr. 1. nu. 95. tom. 2. contr. 66. num. 6. Giurb. ad consuet. Mess. c. 4. gl. 5. nu. 1. 2. D. Marcian. cons. 1. nu. 18. col. 1. Nouar. de grauam. vassall. tom. 2. grau. 113. nu. 6. Fort. ad stat. Pap. rubr. 1. nn. 51. & rubr. 36. n. 48. Carpan. ad stat. Mediol. tom. 1. c. 342. nu. 4. Eugen. cons. 85. nu. 15. 16. Rota post Fenzon. ad stat. Vrbis dec. 520. Monter. dec. 1. num. 1. dec. 26. n. 22. Negusant. qu. 476. nu. 12. & qu. 303. nu. 2. Larrea dec. 78. nu. 1. to. 2. Anguian. de legib. lib. 3. contr. 7. signanter n. 31. Afflict. contr. 1. n. 16.*

34 Et non solum actus est nullus, sed committitur pœna, *l. si pacto 14. C. de pactis, D. Ganauer. cons. 6. nu. 7. seqq. Nos de nullit. Iudic. rubr. 11. q. 4. nu. 61. D. Scoppa ad D. Merlin. contr. 73. nu. 6. lib. 2. Mart. Medic. dec. 28. num. 3. Sabell. §. nullitas nu. 33. Cyriac. contr. 230. Escob. de purit. p. 2. q. 4. art. 4. §. 2. à n. 32. D. Saminiat. contr. 78. nu. 6.*

35 Sed nulla est difficultas, quod contractus est nullus ipso Iure, quādo lex vltrà adiectionem pœnæ, declarat nullitatem, *Alex. cons. 24. lib. 6. Farinac. in fragm. lit. L. n. 195. Torre de pact. fut. success. lib. 3. c. 1. n. 50. 55.*

36 Sed quando lex, seu statutum procedit affirmatiue ordinando aliquid fieri sub pœna, tunc dispositionem non seruans, committit pœnam, non nullitatem actus, qui gestus est, *Ganauer. d. cons. 6. n. 7. seqq. Nos d. q. 4. nu. 61. D. Saminiat. contr. 78. nu. 6. Andreol. contr. 331. n. 8. seqq.*

37 Quando lex, seu statutum aliquid prohibet, non contra contractus substantiam, tunc non est nullus contractus factus contra legem, *Bal. in l. non dubium n. 15. C. de legib. Ganauer. dec. 54. ex nu. 74. D. Scoppa ad D. Merlin. contr. 99. n. 10. lib. 2.*

38 Sed quod si lex, aut statutum prohibeat, & apponat pœnam, tunc indistinctè adest nullitas, & pœna, quando lex, seu statutum id, quod mandat stat pro forma, *Saminiat. d. contr. 78. nu. 7. seqq. nu. 18. seqq. Cyriac. contr. 62. nu. 48. Rota dec. 107. nu. 37. p. 12. dec. 401. n. 1. p. 15. rec. Altograd. cons. 64. nu. 56. seq. lib. 2.*

39 Et vbi forma apposita circa actum respicit publicam vtilitatem, tunc pœnæ appositio non excludit eamdem nullitatem, *Rota decis. 350. nu. vlt. p. 6. rec.*

40 Et *Farinac. in fragm. lit. L. sup. nu. 201.* limitat vbi lex aliquid prohibet ratione honestatis, quia tunc actus contra prohibitionem factus non est nullus.

41 Et omnis lex habet tacitam clausulam decreti irritantis, circa actum contrarium, *Anguian. de legib. lib. 3. contr. 6. num. 10. Caroc. decis. 11. nu. 3.*

42 Quando præcedit lex, vel constitutio prohibitiua, & annullatiua actus, si deinde alia noua fiat, quæ pœnam superaddat, non tollitur nullitas in alia priori constitutione contenta, sed ea magis confirmatur, *Rota par. 13. rec. dec. 54. nu. 37.*

43 Nam lex prohibens aliquid fieri annullat actum in contrarium factum, *Tusc. lit. L. concl. 269. Dian. p. 10. tract. 12. res. 6. 7. Sabell. §. forma nu. 2. §. actus n. 7.*

44 Vbi lex, seu statutum aliquid prohibet, actus contra prohibitionem factus, non solum est nullus, & inutilis, sed etiam habetur pro non facto, & sic est ipso iure nullus, *Vantius sup. n. 52. in fin. Boccacc. sup. gl. 6. nu. 116. Soar. de legib. lib. 5. c. 28. Salas eod. tract. qu. 96. tract. 14. dist. 16. sect. 8. nu. 28. seqq.*

45 Sed requiritur lata sententia facti declaratoria, *Sabell. §. pœna n. 4. §. lex n. 11.*

46 Nec substinetur, etiam volente eo, in cuius fauorem annullatur, quia tali nullitati renunciari non potest, *Tiraq. de legib. connub. gl. 8. nu. 78. Borgn. dec. 13. nu. 29. 30. lib. 2. Ossalsch. dec. 166. num. 7. dec. 172. nu. 17. Surd. dec. 268. nu. 8. Thomat. dec. 191. nu. 19.* Et contrahentes non possunt facere, quod statuta non habeant locum

cum

cum in eorum contractibus, *Altograd. cons.9. nu.57. l b.1.& cons.95. n.27. l b.2. Barbos. axiom. Iur.57. nu.10. Peregr. dec. 18. n.4. seqq.*

47 Et si lex, aut statutum aliquid fieri prohibeat, non solum est nullus actus principalis, factus contra prohibitionem legis, sed etiam accessorius, & sic quod inde sequutum est *Mascard. sup. concl.9. nu.34. Fat nac. d. lit. L. n.176.*

48 Quod est intelligendum quando contractus prohibetur simpliciter; nam tunc etiam obligatio accessoria non subsistit, secus ubi respectiue, quia in contractu minoris lex requirit solemnitatem sub pœna nullitatis, sed si se obliget Curator, vel Tutor insolidum, valet obligatio tutoris seu Curatoris. *Gratian. dec.s. 182. nu.10. seqq. D. Tristany dec.24. nu.22. seqq. Merlin. de pignor. lib.2. tit.2. qu.78. nu.21. Decian. cons.72. num.5. Manson. de caus. execut. p.1. qu.5. ampl.10. nu.10. Rota dec.321. nu.7. & ibi Add. it. apud Ludouis. Cenc. de censib. p.2. c.2. q.3. art.2. nu.86. Marescot. lib.2. c.63. nu.7. Rota dec. 93. & 138. n.4. post Cenc. de censib. Mangil. de euict. qu.174. Fontanell. dec.472. n.4.*

49 Lex iubens aliquid fieri ab aduersario, vel à Iudice, etiam sub pœna, intelligitur dummodo petatur, *Maur. de fideiuss. p.2. sect.4. c.8. Sabel. l. §. lex n.12.*

50 Sic lex, seu statutum annullans aliquid ipso Iure, in fauorem alterius, intelligitur si fuerit petitū, al as secus. *Addit. ad pract. libell. spol. pass. gl. ipso facto, Gratian. discept.559. nu.63. D. Constantin. annot.45. sup. stat. Vrbis nu.125. R. Marinis alleg.23. nu.19. Carleual. de Iudic. disp.2. qu.7. sect.1. nu.797. D. Maradei sup. prag. ad sing.259. num.3. Actolin. res.34. nu.14. seqq. Bonden. collect. 16. nu.104. seqq. collect.43. à nu.11. Paton. de locat. cap.14. §.7. num.37. seqq. Vrsill. conclus. legal. tom.1. concl.85. nu.16. seqq. Panimoll. dec.53. annot.7. & dec.54. nu.31. seqq. dec.135. nu.49. D. Crespi obseruat.20. nu.2.4. D. Merlin. lib.1. contr. 21. Sabell. §. alienatio n.24. D. Tristany dec.24. n. 53. tom.1. D. Romaguer. ad Synod. Gerundens. lib. 3. tit.5. c.4. nu.3.* Vbi post mille citat etiam *Nos de Nullit. Iudic. rubr.4. nu.1. per totum*, maximè à num 15. *Veceol. de transact. qu.24. Ciarlin. contr.18. nu.36. contr.39. numer.46. Luca ad Franch. dec.35. nu.2. ad Gratian. disc.27. num.9. & c.202. numer.16. Sperell. dec.154.155. Rodoan. ad Marin. cap.6. num.42. & seqq.* Idem *D. Romaguer. lib.3. tit.6. c. unic. n.21. & seqq. Andreol. contr.341. nu.7.*

Ideò se nulliter alienetur res Ecclesiæ, propter solemnitates non seruatas, sed sit vtilis Ecclesiæ, quousque Ecclesia non intentet nullitatem, emptor facit fructus suos, *Bonden. collect.43. nu.13. seqq. & nu.54. Gratian. disc.175. num.15. & seqq.* & ibi *Luca nu.11.12. & disc. 569. nu.68.* & ibi *Luca nu.6. Actolin. res.17. nu. 35. D. Merlin. d. contr.21. nu.13. Sperell. dec.155. nu.24.57.67. D. Panimoll. dec.54. annot.1. nu.51. seqq. & annot.3. D. Tristany dec.24. nu.53. D. Scoppa ad Gratian. dec.13. n.5. D. Hodiern. ad Surd. dec.70. & dec.108. nu.11. seqq. Matteu de regim. Regni Valent. c.6. §.2. nu.26. Sabell. §. census nu.19. §. alienatio n.24. & §. fructus n.9. Merlin. dec.267.585. nu.20. Rota post Cenc. decis.29. nu.4.5. Peutinger. dec.214. n.14. D. Romaguer. sup. nu.24.25.*

Secus si contractus alienationis factus ab Ecclesia sit nullus ex defectu vtilitatis, & solemnitatis, nam tunc fructus sunt restituendi ab initio malæ alienationis, *Sperell. d. dec.154. nu.64. seqq. Gobius consult.97. nu.1. & 48. Bonden. collect.43. num.7. seqq. Antonell. de temp. legal. lib.4. c.14. à nu.11. & nu.74. D. Rosa in addit. ad cap.13. de execut. Apostol. n.36.38. Veceol. de transact. qu.89. nu.49.55. Paton. de locat. cap. 14. §.7. nu.97. seqq. Dunozet iun. dec.818. num.3. Duran. dec.256. nu.2.4. Sabell. §. fructus n.9.*

Sic etiam restituendi sunt fructus etiam bona fide percepti, quoties non accessoriè petuntur, sed principaliter, nam tunc etiam antequā dicatur de nullitate percepti, sunt restituendi, cum in eis consistat, ac fundetur principaliter iudicium; alioquin non diceretur restitutum totum, & integrum Capitale, & ob id non mala fides, sed obligatio ex legitimo fonte manans tribuit actionem, etiam ante motam litem, seu quod sit dictum de nullitate, veluti in pensionibus, annuis legatis, & redditibus, quia in his casibus non tamquam fructus, sed tamquam sors petuntur, *Antonell. de temp. legal. d. c.14. nu.61. seqq. Franch. dec.634.* & ibi *Luca. Fagnan. in cap. grauis de restit. spoliat. n. 123. seqq. D. Altograd. contr.92. nu.38.37. Rota Rom. dec.281. nu.21. p.7. rec. Merlin. dec.585. nu. 20. seqq. tom.2. Dunozet iun. dec.818. nu.2. Bonden. collect.43. nu.56. in fin. tom.2. Sabell. §. fructus n.9.10. Panimoll. dec.54. n.3.33. & seqq.*

Verum quoties est infectio tituli ab initio, debent restitui fructus cum re, potest possessor deducere melioramenta, ac impensas, imò illæ sunt compensandæ cum fructibus perceptis, *Passerin. de stat. homin. qu.185. art.7. n.651. Panimoll. dec.54. annot.3. nu.14. Gobius consul.98 nu.27. seqq. Turricel. c.27. nu.20.21. & c.30. n.6. & seqq. D. Rosa in addit. ad cap.13. de execut. Apostol. n.40. fol.198. D. Romaguer. ad Synod. Gerunens. lib.3. tit.5. c.1. n.39. & 41.*

51 Si prohibitio legis concernat substantiam actus, seu contractus, tunc resultat nullitas, secus si prohibentur qualitates, nam tunc actus non est nullus. *Castr. & Bald. in d. l. non dubium, Sanfel. d. dec.390. nu.12. Anguian. de legibus lib.3. contr.4. nu.12. & seqq. & contr.7. D. Merlin. contr 70. num.35. lib.2. D. Maradei sup. pragm. ad sing.259.*

52 Non dicitur lex eludi, nec in eius fraudem fieri, quando eligitur via permissa, *Altograd. cons.88. nu.35 seqq. lib.1.*

53 Statutum loquens per verba imperatiua: *Fiat, vel fieri debeat*, importat necessitatem præcisam, vt si actus aliter fiat, sit nullus, *Negusant. q.576. nu.1. Capt. dec.85. nu.5.*

54 Omis-

54 Omissio formæ inductæ à statuto, inducit nullitatem, *Antun.de donat. tom.2.c.16. nu.40. Tort.ad stat. Pap.rub.95.nu.219.rub.47.n.78.& seqq.* Nec potest adimpleri per æquipollens, *Tort. ibid. Gratian disc.750.nu.12. Barra contr. 16.num.12. Benzon.ad stat.Vrbis c.43. d.68. nu. 38.* nam illa dat esse rei. *Barbos.axiom.100.* Est Iuris publici *nu.103.* Dat esse rei, & est de genere indiuisibilium, *Passarin. problem.legal. cap.7.§.5.Valenz.cons.3.nu.18.Solorz.de Iur.Indiar.tom.2.lib.2.c.7.à nu.20.* & in polit. *lib.3.c. 8.Cocciol.ad stat.Eugub.lib.2.rubr.56.nu.2.Barbos.axiom.100.Vela dissert.21.à num.5.& 55.& dissert.37.num.8.Ciriac.contr.308.Paz in l.200 styli à n.61. Barbos.c.22.de rescript.Salgad. de prot.p.2.c.10.nu.43.& p.3.c.9.num.43.86. p.1. labyr.c.44. nu.37.seqq.Sabell. §.forma, Sperell. dec.106.Bertaz.cons.14.65.tom.1.crim.Gauagn. ad decret.Sabaud.decr.24.§.4.num.1.decr.20.§.5. nu.3.Saminiat. contr.29.num.28. contr.78. num. 7.contr.79.num.13. Altograd.contr.96. nu.127. 98.Vaz axiom.lit.F.num.154.seqq. Carac. decis. 11.num.1.4. Castill. tom.6. c.149. Pareja de instrum.edit. tit.6.res.6.à num.16 & tit.5.res.8. à num.41.Add.ad Farinac.cons.65.lit.D.p.4. Flamin.de resignat.lib.7.qu.5.num.11.seqq. & l.b.9. q.17.n.84. Barbos.axiom.100.n.3.& 17.Valenz cons.112.nu.58.cons.187.num.74.75. cons.117. num.12.Amat.cons.64.num.6.cons.69.nu.5.seqq. Castill.lib.5.p.2.c.149.n.26.seqq.*

55 Verum Princeps dispensare potest, *Salgad. p.1.labyr.c.44.nu.169. Salg.de reg.protect. p.2. cap.10.nu.43.& p.3.cap.9.à num.43. & nu.86. & p.1.labyr.c.44.à nu.37.45.73.132.167.Staib obs.2.num. 7.seqq.D.Scoppa ad Fabr. in C.tit.3. expl.46.nu.5.*

56 Debet adimpleri in forma specifica, & non per æquipollens. *D.Mcdices tom.2 contr.15.nu. 22.25.Cum:a super iis, Sicil.in problem. num.26. seqq.Altograd.contr.96.num.96.97. D.Passarin. poblemat.legal.c.7.§.4.nu.173.174. Gomez lib.1. var.c.2.nu.6.7.Salgad.de retent.p.2.c.6.à nu.31. & §.1.à nu.19.* Secus si præcisè seruari non possit, dicemus infra hic *num.74.seqq. vers. Solemnitas,Granei in pract.Cam.Imper.lib.1.concl. 2. consid.1.Barbos.axiom.Iur.100. Flamin. de resignat.benefic.lib.11.qu.12.num.3.qu.13.nu.36. 37.Garc.de benefic pag.9.c.2.nu.71.Menoch.cons. 61.nu.26. Barbos.sup. Card.de Luca de feud.disc. 87.nu.5.7.seqq.de regular.disc.13.nu.4. de credit. disc.84.nu.5.de fideicom.disc.45.nu.4.de matrim. disc.3.nu.13.de iure patr.disc.3.nu.15.disc.58.nu. 5.9. Antun.de donat. tom.2.c.16. num.54.* Nec suppleri per consensum partium, *D. Constantin. ad stat.Vrbis annot.44.n.785.793. & annot. 45.nu.198.* Vide hic *nu.85. Rubeus de validit. legal.cap.69.nu.33.D.Scoppa ad Fab.in C.lib.3. expl.46.num.4.* Sed potest pienglus impleri, *Andreol.contr.341.nu.7. Molignan.altercat.47. nu.11.alter.67.n.10.*

Et forma a lege præscripta non seruata, actus corruit, etiam si alias legis ratio cesset, aut idem effectus sequatur, *Vela dissert.21. num.5. & 35.*

Secus est, si lex non loquatur prohibitiue, sed dispositiuè. *D. Venturin. cons.24. nu.25.lib.2.*

Cum forma sit de esse, & substantia, & origine rei, *Rubeus de validit.legal. cap.57. nu.64. D.Scoppa ad Fabr.tit.2.expl.14.nu.9.Vaz axiomat.Iur lit.F.nu.154.seqq.*

Et licet non contineatur expressa annullatio, illa tamen resultat ex ipsius formæ inobseruantia, *Farinac.in fragm.crim.§.lex n.104.p. 2. Cyriac.contr.62.nu.48.Rota dec.107.num.37. p.12.dec.401.nu.1.p.15.rec. Saminiat. contr.78. num.7.*

Formæ nihil addi, vel detrahi potest. *Nouar.qu.56.nu.15.qu.71.nu.2. Medic.de regul.iur. reg.7.ampl.4.Vaz sup.lit.F.nu.158.Barbos. dict. axiom.100.n.15.*

Cum illa sit indiuidua, & diuisio illam corrumpat, *Cenc.qu.49.nu.17.Vaz sup. num.159. Gratian.disc.853.nu.28.Mangil.de imput.qu.126 num.11.Nouar.qu.71.nu.3.Barbos.axiom.100.n. 14.D.Constant.ad stat.Vrbis annot.44. num.788. Rub.de valid.legal.c.52. nu.63. Palma cons.8. nu.15.*

Forma debet seruari, quamuis cesset ratio formæ, *Andreol.contr.84. num.6.* declara, vt *num.10.*

Non inducitur ex verbis legis, sed tantum ex iis, quæ respiciunt substantiam, *Cenc.q.66. num.10.* Sic non vitiat forma neglecta, si ex aliis menti, & intentioni formam inducentibus satisfactum fuerit. *Barbos.sup nu.12.Tusc. lit.F.concl.419.nu.21.22. Alderan.Mascard. de stat.concl.9.n.76.seqq.*

Quę fuerunt post contractum perfectum non sunt de forma contractus, sed est solemnitas, *Cenc.d.q.66.nu.10.49.Barbos.axio.100 num.13.* Secus interuenire si debeat in celebratione actus, *Valenz.cons.187. num.73. Antun.de donat.tom.2.c.16.nu.59.Caphal.cons.421 n.49.lib.3.*

Formæ omissio, etiam in qualitate, vitiat actum, *Cenc.qu.49.num.16.* Et facta per Notarium reddit contractum nullum, siue fiat per errorem, simplicitatem, negligentiam, imperitiam, siue dolum, *Cenc.ibid.Cyria .contr.547.Antun.de donat.tom.2.c.3.nu 43.*

Et quando in lege requiruntur plura pro validitate actus, omnia censentur de forma illius. *Antun.sup.n.41.42.*

Limitationes ad regulam nullitatis actus,ex defectu formæ, ponunt *Asin.in praxi §.3. cap. 40. & seqq. Granei ad Camer. Imperial.lib.1. concl.2.consid.1.nu.4 Vin.dec.374.num.12.seqq. Raudens de analog.c.38.n.38.80.seqq. Scrader.de feud.p.10.sect.20.n.340.*

Formæ non seruatæ defectus potest solum allegari ab illo, in cuius fauorem est introducta. *Andreol.contr.341.nu.7.*

Colligitur, quod aliquid pro forma per statutum,

tutum, aut legem sit statutum, Saminiat. contr. 78. nu. 4 seqq. contr. 79.

Item quando lex annullat actum contra factum, 1. tau. de donat. tom. 2. c. 16. n. 42.

Quando forma fuit ordinata ad certum effectum, sufficit, quod ille fuerit sequutus, quãuis forma non fuerit impleta, Saminiat. contr. 33. num. 151. contr. 57. nu. 30. contr. 60. num. 2. Ludouis. dec. 518. Vbi Beltram. num. 11. Merlin. dec. 306. nu. 6. Censal. dec. 16. num. vlt. dec. 60. nu. 41. Posth. dec. 33. num. 181. Barbos. axiom. 100. nu. 5. Tusc. lit. F. con. l. 414. nu. 38. Antun. sup. cap 19. nu. 54.

Verum à forma recedi non potest quando lex iubet aliquid fieri sub certo modo, quamuis effectus aliunde habeatur, Antun. d. c. 16. n. 58. Marescot. var. lib. 1. c. 68. nu. 3. Ea ratione, quia forma in dubio censetur substantialis, maximè quando debet interuenire in actu celebrationis, Valenz. cons. 187. nu. 73. Marescott. sup. nu. 4. Caphal. cons. 421. nu. 49. lib. 3. Cozadin. cons. 40. n. 1. 2.

57 Lex loquens taxatiuè, vel prohibitiuè, vel negatiuè inducit formam Viu. tom. 2. commun. op. n. lib. 9. tit. 34. num 64. Sabell. §. lex. Negusant. qu. 145. nu. 14. qu. 190. num. 85. qu. 223. nu. 5. qu. 248. nu. 23. qu. 288 nu. 13. 14. Altograd. cons. 64. num. 41. lib. 2. Tusc. lit. L. concl. 269. Diana p. 10. tract. 12. res. 6. 7. Add. ad Sanfel dec. 390. D. Constantin. ab statut. Vrbis annot. 44. nu. 791. R. Catan dec. 24. nu. 23. quãuis non procedat vlterius annullando, ibid. nu. 22.

58 Verba: Nisi prius, vel non aliter inducunt formam, Muta ad Capit. Sicil. tom. 5. fol. 97. nu. 61. Altograd. cons. 9. nu. 49. & cons. 60. nu. 18. 19. lib. 1. Rota p. 9. rec. dec. 11. Gizzarell. dec. 22. nu. 533. Rota p. 1. diuers. dec. 199. num. 4. Menoch. de arbitr. cas. 337. nu. 34. Sabell. §. clausula num. 59. Barbos. de diction. & claus. dict. 217. claus. 81.

59 Verbum prius formam præsefert, Cavagn. ad decret. Saband. decret. 2. §. 5. num. 5. Sicut ablatiuum absolutum, Canogn. ibid. nu. 5. 6. Barbos. de diction. dict. 286. Card. Tusc. lit. D. concl. 341. nu. 12. Altograd. cons. 64. n. 6. lib. 2.

60 Clausula. Si preces veritati nitantur inducunt formam, D. Merlin. d. contr. 45. nu. 21. Barbos. de claus. claus. 166. n. 2. Tusc. lit. C. concl. 305. nu. 1. Theod. Rub. in sing Rot. Rom. tom. 2. p. 4. clau. 772.

61 Formam inducunt clausula derogatoria, & decretum irritans, Garzia de nobil. gl. 18. num. 9. Solorzan. lib. 2. polit. c. 8. fol. 300. vers. Y en lo. Barbos. de claus. claus. 43. Solorz. polit. lib. 3. c. 8. fol. 300. Et maior est defectus formæ, quam substantię. Molin. lib. 2. de primog. c. 7. in prin. p. D. Venturin. cons. 24. nu. 24. lib. 2. Rubeus de validit. legal. cap. 44. nu. 19. 20. Cenc. de censib. qu. 49. nu. 13. p. 32. n. 5.

Clausula decreti irritantis habet in se implicitam inhibitionem, Cassador. dec. 2. n. 6. de restit. spoliat. Gales de restit. nu. 295. fol. 189. & nu. 296. 297. Donad. de renunciat. cap. 18. num. 95. D. Venturin. co s. 24. nu. 24. lib. 2. Antun. de donat. tom. 2. c. 16 n. 60. 61.

Clausula hæc habet in se vim priuatiuam, & auocatiuam potestatis concessæ, Donad. sup. num. 96. ex Ferrer. cons. 314. nu. 10. lib. 2. Nec potest adimpleri per æquipollens, Posthius dec. 81. nu. 42. Ideò forma legis magis attenditur, quam eius ratio, quando est appositum decretum irritans, Antun. sup. n. 60.

Illi partes de communi consensu renunciare non possunt, Roman. cons. 402. Capyc. dec. 9. in fin. Tusc. sup. num. 2. Conar. tit. de pact. p. 2. n. 5. D. Constantin. ad stat. Vrbis annot. 45. nu. 224. Donad. d. c. 18. nu. 100. Magon. dec. Luc. 40. num. 10. Turret. cons. 44. lib. 1, D. Catan. dec. 47. num. 48. Dicemus etiam hic num. 348. 349. Gales sup. nu. 296. fol. 189. Palma consult. 8. nu. 15. Viu. decis. 335. nu. 4. Rot: dec. 572. n. 11. p. 4 tom. 3. rec.

Secus si in lege non est apposita clausula irritans, nam tunc tacitè, & expresè formæ legis renunciari potest, D. Venturin. d. co. s. 24. n 27. lib. 2.

Sic forma inducta fauore alicuius, defectus ab illo tantum potest opponi, & non ab aliis, D. Constantin. ad stat. Vrbis annot. 45. n. 211. 212. 222.

Et ille, qui fuit causa nullitatis, illam allegari non potest, Catan. dec. 9. n. 8. 9.

62 Forma non inducitur ex modo tacito. Flamin. de resignat. lib. 8. qu. 8. nu. 32. Barbos. de diction. dict. 479.

Sub certa forma aliquid concessum, illa non seruata, euanescit, Rota dec. 89. nu. 32. post Constantin. ad statut. Vrbis, Rubeus de validit. legal. cap. 44. num. 23. D. Scoppa ad Fabrum C. tit. 2. expl. 14. nu. 9.

63 Dictio: prius, & ante omnia, importat formam. Carpan. tom. 1. c. 14. num. 14. cqq. Sabell. §. forma, Barbos. de diction. dict. 33. Sic Gerundium sui natura conditionem importat, ac proindè formam præcise obseruandam, Vela dissert. 5 num. 53. Surd. de alim. tit. 5. qu. 3. num. 41. Galganet. de condit. p. 1. c. 89. num. 18, Castill. quotid. tom. 4. cap. 58. num. 27. 28. Phœb. dec. 79. nu. 3. Cassan. cons. 33. nu. 1. Corn. cons 90. num. 5. cons. 143. vol. 4 Dec. cons 433. num 6. lib. 2. Montcabrun. cons 15. n. 1. Azeued. ad l. b. 3 nu. 47. & 48. tit. 14. li. 4. nouæ recopil.

64 Statutum annullans contractum factum sine solemnitatibus ab illo introductis, illæ sunt pro forma, & sic factus sine illis est nullus, Bal. in l. 1. num. 2. ff. de liber. & posth. Rota rec. dec. 723. num. 1. p. 5. dec. 73 num. 14. p. 6. dec. 294. num. 17. Sperell. dec. 47. num. 23. Altograd. cont. 96. num. 89. consil 9. num. 68. lib. 1. Conciol. ad statut. Engub. lib. 2. rubr. 45. num. 5. Ottobon. dec. 215. Bich. dec. 559. num. 26. Fenzon. ad statut. Vrbis c. 151. num. 5. Maur. de recuss. p. 2. sect. 8. cap. 56. num. 1. Donad. d. renunciat. lib. 1. c. 18.

65 Et statutum inducens aliquam solemnitatem, præter ius commune, formam actui tribuit, Altograd. d. contr. 7. nu. 46. Alba cons. c. 12. nu. 25.

num.25.Becc.cons.62.nu.43.Surd. cons.460. nu. 82.Duran.dec.18.n.17.D.Constantin.ad stat. Vrbis annot.44.n.790.

66 Ideò nullus est contractus, & actus, nisi adsit clausula: omni modo tacitori. Sabell.§.contractus nu.11.Gratian.d.sc.647.nu.15.25. & c. 699. nu.27.28.Salgad.labyr.p.2.c.23, num.32. seqq.

67 Sic Statutum præscribens solemnitates sub pœna nullitatis, dum hæ negliguntur resistit natiuitati vtriusque obligationis, tam naturalis, quam ciuilis, Rota rec.p.11. dec.98. Merenda lib.1.contr.c.1.nu.2.Sperell.dec.47.num.9. in fine.Maur.sup.c.56.nu.3.Add.ad Rot.decis.81. nu.26.seqq.p.8.rec.Conciol.sup.nu.6.Mogon.dec. Luc.13.nu.16.Surd.cons.115.num.36.37.Duran. dec.18.nu.15.seqq.Sabell.res.25. nu.5.6. Rota p. 9.rec.dec.262. p.11.dec 98.nu.17.seqq.p.18. dec. 547 p.19.dec.3.nu.5 seqq. D.Constantin. ad stat. Vrbis annot.45.nu.197.& annot.44.n.792. Donad.d.c.18.

68 Et qui contendit seruare formam, dicitur recusare facere actum, l.nonnunquam 8.ff. de collat bonor.Rimin.iun.cons 467.nu.92.

Forma beneplaciti est præcise seruanda, neque adimpletur per æquipollens, Card.de Luca de alienat.disc.1.nu.62.

Forma contractus in facultatiuis præscripta seruanda est, alias actus corruit, Card.Luca de alienat.disc.11.n.4.

69 Et sicuti quis non potest contrahere non seruata forma statuti, ita non potest renunciare statuto; Castrens.cons.302.nu 2.lib.1. Altograd.d.contr.96.nu.258.Gratian.disc.691. n.7.8. disc.907.nu.35.Fenzon.ad stat. Vrbis c.59. nu.4. Altograd.consil.64.n.54.lib.2.Sanfel.dec.332 Cala.de fcrif qu.5.nu.895.seqq.

Et formæ inductæ a statuto neque cum iuramento renunciari potest, Gratian. disc.786. num.4.15.Giurba sup.consuet.Mess. num.14. fol. 624.gl.5.nu.11.& obs.85.n.12.Ioan.Altern.ad Surd dec.108.Salgad.labyr.p.2.c.22.num.117. Card. Luca tom.7.disc.37.nu.9.de feud.disc.179. n.18. Add.ad Franc.de potest.c.63.Ludouis.decis.415. Dunozet.dec.591. Altograd.contr.10.Donad.de renunciat.lib.1.c.18 n.1.seqq.

Nec etiam Tertius, Gratian disc.691. Surd. dec.108.Menoch.consil.655.nu.2.Pac.Iol.allëg.9. nu.41.Ciriac.contr.181.nu.18. Mansi consult.32. R.Martin.alleg.6. Diximus de Nullit.Iudic.rub. 4 q.1.nu.12. Vbi alia.

70 Nam eadem facilitate, qua contrahit, eadem facilitate renunciat, Farinac.cons.42.n 26. Valens.cons.62.nu.101.cons.148. nu.86. Castill. lib.3.c.2.nu.38.Bich.dec.200.n 29. Ciroc.discep. 45.nu.6.Franchiol.consult.487. nu.2. Vrsill. cons.186.nu.101.Altograd.sup.nu.259.

Secus si forma nō est Iure publico authoritate, & vtilitate simul, sed authoritate tantum respicit fauorem publicum, vtilitate tamen priuatorum, renunciari potest, Mogon.dec.Flor. 118.n.3.

71 Sic neque potest renunciari statuto requirenti solemnitates pro forma, maxime si eæ exigantur ad obuiandum fraudibus, Rota rec. p.4.tom.2.dec.293, num.3 Rota post Melium ad Castill.dec.26. nu.10. vbi nec cum iuramento, Sperell. dec.47.nu.15.Gratian.disc.735.nu.2. Ciroc.disc.45.nu.4.disc.50.nu.6.Altograd.sup. nu. 261. seqq.Donad.de renunciat.cap.18. nu.21. & per totum cap.18.Barbos.axiom.100. Vrceol. consult.35.nu.1. Et Donad.d. c.18. ponit solemnitatem substantialem, Formalem, & Effectualem, & illas explicat n.5. & seqq.

72 Statutum, seu lex si referat ea, quæ seruari debent, censentur apposita pro forma, Fenzon. ad statut.Vrbis c.68.n.19.

73 Nec partes possunt illi renunciare, quamuis esset iusta causa illam omittendi, Gips. dec. 122.nu 2.Cumia sup.rit.Sicil.in prælud.num. 32. seqq.Gallerat.de renunciat.tom.1.renunc.20.

74 Solemnitas inducta a Statuto dicitur substantialis, sine qua est nullus actus; Cumia ad Rit.Sicil.c.38. n.49.50. Negusant.qu.538. nu.2. seqq.Staiban.res.2.nu.6. Fenzon.c.151.num.13.14. vbi quando secus, nu 15.seqq. Trentacinq.cons. 14.Caualc.d.dec.11.nu.49.seqq.Molin.de primog. lib.2.c.6.nu.37.50.& c.7. nu.2.Garz.de nobil.gl. 21.nu.80.Castill.tom 6.contr.149.Vela dissert.7. a nu.6.diss.21.diss 37.nu.8. Diana tom.7.tract.2. res.vnic.Guttier.lib.3.pract.qu.15. Pareja de Instrum. edit.tit.6. res.6.à n.16. & tit.5.res.8.à nu. 41.R Sanfel.dec.332.nu.8. & ibi Additio.

Licet pars non alleget, & quiescat, Iouius gl.21.§.2.nu.10.Donad.de renunciat.tom.1.c.18. vbi late de solemnitatibus, Conciol.ad stat. Eugub.lib.2.rubr.45.n.5.

75 Nec per æquipollens impleri potest, Gomez lib.1.var.c.2.n.6.Salgad.p.2. de retent.c.6. à nu.37.& §.1.a nu.19 nisi præcise seruari nō possit, Ciriac.contr.308.Salgad.p.3.de prot.c.9. nu.74.& labyr.p.1.c.44.a nu.28.131. & 151. Vela diss.37.nu.8. Guttier.lib.3.pract.q.15.

76 Quamuis actus in melius fiat, Negusant.qu. 453.no.8.9.Prat.disc.33.nu.10.tom.1. Sanfelic. supra nu.9.

77 Quid si ex errore omittatur? Ciriac. contr. 547.

78 Forma substantialis est indiuidua, D.Passerin.post tom.2.leg.d.cap.7.§.3.nu.104. Infrà num. 113.

79 Et nihil fieri dicitur, si illa non perficiatur, Passer.in sup.n.105. Nec formæ à lege introductæ renunciari per partem potest, Vela dissert.21.n.7.

80 In dubio censetur forma substantialis. Carac.d.d.c.11 num 3.D.Passerin.pobl.m.legal. c.7. §.4.nu.273.fol.337.Molin.lib 2.de primog. c.7. nu.3.Diana tom.7.tract.2. res.vnic. Negusant. q. 57.nu.21.Castrens.§.forma nu.2. Quæ est illa, quæ in ipso actu requiritur, Donad. de renunciat.c.18. nu.21.Cenc.qu.32.n 5.

81 Quæ sit substantialis, & quæ accidentalis, Passerin.sup.Gutier.lib.3.pract.qu.5.a nu.4. Salgad.

gad. de retent. p. 2. c. 6. à nu. 21. & 32. Molin. de primog. lib. 1. c. 9. n. 17. Idē Guttier. li. 3. pract. c. 15. nu. 5. seqq. & qu. 62. nu. 3. Flamin. de resignat. lib. 3 qu. 8. n. 94.

82 Quando statutum ponit solemnitates, sine illis annullando, censetur pro forma, & non potest adimpleri per æquipollens, *Fenzon. dec. 25. D. Passerin. problem. legal. c. 7. gl. 5. n. 167.*

83 Vel prohibitiuè tantum absque clausula annullatiua, *Passerin. sup. nu. 168.*

84 Vel disponit aliter, quam sit dispositum à Iure, *Passerin. sup. nu. 169.*

85 Quando forma possit adimpleri per æquipollens? *Merlin. dec. 558. nu. 3. seqq. nu. 13. seqq. Vela dissert. 21. nu. 35. seqq. Larrea dec. 78. num. 7. Berlich. dec. 80. seqq. p. 1. Gypt. dec. 64. n. 10. Sabel. §. forma, Barbos. axiom. 100. nu. 16.* potest quando illa respicit certum effectum, nam sufficit quomodocumque adimpleri; *Scacc. de commerc. gl. 5. nu. 22. & §. 1. qu. 1. nu. 152.* Item necessitate, aut difficultate maxima existente, & vbi aliter non posset adimpleri, nisi per æquipollens, ex *l. 1. ff. de verb. oblig. Surd. dec. 268. nu. 15. Molin. de rit. nupt. l. 1. c. 25. num. 45. Raudens. de analog. c. 38. nu. 82. Barbos. sup. D. Constantin. ad stat. Vrbis annot. 45. nu. 210. 220. 221. & annot. 50. numer. 38.*

86 Conditio importat formam, quæ debet specificè adimpleri, & non per æquipollens, *Berlich. dec. 135. num. 6. p. 1. Sabell. §. conditio, §. forma, Barbos. axiom. iur. axiom. 48. Menoch. cons. 60 num. 48. cons. 69. nu. 72. Tusc. lit. C. concl. 483. n. 8. Intrigl. dec. 21. nu. 1. lib. 1. Bruxell. & Duran. de condit. & mod. lib. 3. tit. 2.*

87 Ablatiuum absolutum importat conditionem, & formam, *Verall. dec. 150. p. 1. Cauagn. ad decret. Sabaud. decr. 22. §. 6. qu. 3. nu. 26. Tusc. lit. A. concl. 32. Merlin. dec. 247. nu. 8. dec. 864. nu. 1. Ricc. coll. 3227. Rota p. 10. rec. dec. 11. nu. 10. p. 13. dec. 154.* Sabell. *§. ablatiuus num. 2. seqq. Barbos. axiom. 100. num. 2. Sesse dec. 31. nu. 8. dec. 131. num. 22. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 5. nu. 2. Matienss. l. 9. gl. 4. nu. 1. tit. 11. lib. 5. recopil. Rota p. 16 rec. dec. 182. n. 4.*

88 Vt est dictio: *Constito, Marta de clauſ. p. 1. cl. 19. Ricc. coll. 1675. Marthes. de commiss. p. 1. fol. 320. nu. 57. & fol. 1123. num. 81. vlt. impress. Campan. l. diuers. tit. 11. c. 13. nu. 215. Barbos. de claus. claus. 25.*

89 Solemnitates effectuales post actum perfectum implendæ, vel actum ope exceptionis annullant, si seruatæ non fuerint, vel etiam ipso iure, quando infrà certum tempus præfinitum, impleri debent, actus est nullus, quamuis expresſè non dicatur, quod actus sit nullus, *P. Asst. contr. 33. nu. 44. Ponte cons. 5. à nu. 52. lib. 1. Gizzarell. dec. 3. nu. 15. Tap. dec. S. C. 3. nu. 17. 25. Capyc. Latr. cons. 52. num. 10. cons. 80 n. 40.*

90 Potest quis formæ renunciare, si data fuerit in priuatam vtilitatem: *Nig. de subhast. c. 1. tract. 3. num. 13. seqq.* Secus si adsit clausula irritans: *Anguian. de legib. lib. 3. contr. 5. num. 9. seqq.* Quamuis respiciat etiam vtilitatem alterius, si vtraque vtilitas sit separabilis, secus si sit inseparabilis, *Rota p. 9. rec. dec. 119. dec. 278. Bich. dec. 98. n. 4. seqq.*

91 Contractus factus non seruata forma, caret omni actione, nec firmatur iuramento, quando forma est inducta fauore publico, *Vrceol. contr. 44. 92. vol. 2. Sabell. §. contractus num. 11. Stephan. de restit. lib. 2. c. 2.* Quamuis vlterius nó procedat annullando actum, cum clausula annullatiua subintelligatur stante dicta prohibitione, & negatione, *Altograd. cons. 64. nu. 41. lib. 2. Add. ad Sanfel. dec. 390. Tusc. litt. L. concl. 269. Diana p. 10. tract. 12. res. 67.*

92 Et nullus in foro humano, nullus in foro conscientiæ, *Diana p. 1. tract. 8. res. 75. Duran. dec. 18. nu. 8. seqq. Rota p. 10. rec. dec. 80. num. 10. seqq. & p. 11. dec. 98. n. 17. seqq. Sabell. §. contractus n. 11. vers. quod contractus.*

93 Forma debet adimpleri in ipso actu. *Staiban. res. 2. nu. 7.* Et si non obseruetur actus est nullus, nec firmatur iuramento, *Conciol. & Romaguer. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 56. n. 3. 68.*

Forma à lege tradita est substantialis; *Molin. lib. 2. de primog. c. 6. nu. 37. 50. & c. 7. num. 3. Gomes. in l. 3. Tauri nu. 39. Castill. lib. 6. contr. c. 149. Vela dissert. 7. à nu. 6. Diana tom. 7. tract. 2. res. vnica. Gratian. disc. 542. 965. num. 18.* quamuis de nullitate statutum non dicat. Idem *Gratian. disc. 637. nu. 1. disc. 691. num. 24. Rota p. 9. rec. dec. 261. p. 22. dec. 31. p. 18. dec. 547. Antun. de donat. tom. 2. c. 16. n. 58.*

94 Et quando debet adimpleri infrà certum tempus; non datur purgatio moræ, *Staiban. d. res. 2. num. 7. seqq. & res. 52. nu. 7. 24. seqq. Gratian disc. 140. n. 19. 647. n. 2. 3. Ricc. dec. 6. p. 1. Monach dec. 3. nu. 13. seqq. Merlin. contr. 78. nu. 9. controu. 100. nu. 34. lib. 2. Pereira dec. 123. Barbos. de pot. Episc. alleg. 71. num. 9. Petra ad Capyc. dec. 156. Trentacinq. cons. 1. num. 23. p. 2. Antonin. res. lib. 1. c. 11. num. 20. seqq. Cauagnol. ad decret. Sabaud. decr. 12. §. 7. nu. 26. Nepita ad cons. Cath. cap. 5. cons. vnic. nu. 21. seqq. & tit. 19. nu. 103. Tort. ad Stat. Pap. rubr. 98. nu. 60.* post alios *Add. ad Sanfel. dec. 390. nu. vlt.*

Verum si lex dispositiuè tantum mandet aliquid fieri, non inducitur nullitas, nisi adsit clausula annullatiua, & ita est intelligenda opinio *Altograd. cons. 86. num. 5. lib. 2. Sabell. §. forma n. 2. vers. si verò.*

Verum si mandat fieri aliquid sub pœna, si id concernat publicum fauorem, non potest per pactum renunciare nullitati, *Magon. dec. Luc. 40. nu. 10. D. Catan. dec. 17. n. 47.*

95 Forma inducitur sequentibus verbis. Primò si dicatur: *Id, quod dispositum est, seruandum sit pro forma, Grat. cons. 16. num. 14. lib. 1. Gozadin. cons. 73. nu. 13. Rolan. cons. 72. num. 92. lib. 3. Boccacc. in constit. Piceni gl. 6. nu. 164. Barbos. axiom. 100. nu. 2.*

96 2. Si addatur necessitas aliquid faciendi;

Berou. qu.24.nu.4.*Tiraq.de retract.lign.§.36.gl.* 2.n.25.*Barbos.sup.*

97 3. Quando disponitur conditionaliter, *Menoch de arbitr.lib.1.q.30.nu.5. Boccac.ad constit.Marcb.gl.6.nu.156.Tusc.lit.F.concl.414.nu.* 10.12.13.*Rota p.18.rec.dec.695.n.4.*

98 4. Per verba: *Si ordina, e comanda, Rota dec.89. nu.31.* post *D.Constantin. ad stat. Vrbis Cent.de cens.qu.33.nu.5.*

99 5. Per temporis appositionem, *Rolan. cons.* 72.nu.71.lib.2.*Osasch.dec.163.nu.9.seqq.Boccac. ad constit.Marcb.gl 6.nu.161.Cenc.de censib. qu.* 49.nu.12.qu.111.n.13.

100 6. Si aliquid statuatur præter ius commune. *Boccacc.sup.nu.163,165.Duran.dec.18.n.17. D.Constant.ad stat.Vrbis annot.44.n.790.*

101 7. Ex vehementi, & studiola animi applicatione, quam disponens habet circà modum in dispositione expressum; *Boccacc.sup. n.168.* Vbi *n.169.* subdit formam censeri etiam inductam per iuramentum, quod lex, seu statutum iubet interuenire debere in actu. Et *n.167* resoluit per dictiones taxatiuas censeri formam inductam, *Barbos.axiom.*100. *nu.2.* Alias clausulas inducentes Nullitatem ponemus infrà *num.311.seqq.*

102 Formæ defectus inducit nullitatem actus, vt diximus, quamuis omissio tendat ad faciliorem actus expeditionem, *Mascard. de interpret statut.concl.9.nu.57. Barbos.sup. num.4. Valens.cons.2.nu.75.cons.3.nu.19. Diana tom.7. tract.2.res.vnic.Paz in l.200. Styl.à n.61.*

103 Quamuis aliquid legitime fiat, nam vt diximus, non potest adimpleri per æquipollens, *Barbos.sup.num.5. Osasch.dec.163. num.4. seqq.Mascard.sup.nu.62.Rota p.9.rec.dec.157.n. 2.seqq. Genua de script.priuat.lib. 3. qu.4. nu.21. Add.ad Sanfel.dec.390.*

104 Nisi quando lex, seu statutum formam inducens considerauit effectum, *Menoch. cons.* 131.nu.15.*Osasch.dec.92.nu.25. Tusc. d. concl.* 414.n.38.*Barbos.sup.*

105 Amplia, vt procedat etiam in fauorabilibus & piis causis, *Mascard.sup. nu.64. Barbos. num.6.*

106 Amplia, vt non excuset ætas, rusticitas, sexus, malitia, aut vna quælibet qualitas, *Tusc. concl.415.nu.29.Barbos.nu.7.*

216 Contractus nullus, nullum operatur effectum, l.non dubium, C.de legib. D.Prat. discept. 3.nu.35.lib.4.& lib.1.c.30.n.6. D. Barra contr. 65.n.63.72.& contr.69.nu.36. D.Rubeus de confus.c.10.nu.56. Nec contra disponentem, & minus contra hæredem. Idem Rub.c.19.nu. 47.D.Scoppa ad d.contr.81.n.7.l.1. l.cum videtur, ff.de iudic.c.non præstat de reg.iur.in 6. Rota post Postium de manut.dec.189. n.5 6. & idem Postius dec.Bonon.69.nu.50.Actiolin.res.10,n.27 Saminiat.contr.38.nu.42.Fontanell.dec.382.n.8. dec.449.n.21.dec.458.n.8. D.Passerin.problem. legal.7.§.3.n.504.506.Barbos.axiom.iur. litt.N n.27.38.Pegas.res.c.2.n.60.Castill.contr.lib.7. c. 21.nu.11.Nos de nullit.Iudic.rubr.8.q.15.Ripol. var.fol.365.D.Barus.res.120.nu.1.Cyriac.contr 500.nu.19.Rota post Cenc.dec.50.nu.1.D.Barra contr.65.nu.63.72.contr.69.nu.36.Gaill.p.3.cons 14.nu.2. Sed operatur, quod detecta culpa, vel dolo, agens possit æque benè puniri, ne dolus & culpa patrocinetur, Tusc.lit.A.concl. 143.Sabell.§.Actus q.8.

217 Ideò nouatione extingui non potest, quod nullum est, D.Mansi consul.381.n.11.

218 Nullum quod est, nec actus nomen meretur, l.statutis 3.C de sent.ex breuit.recit. Cæsal. cons.109.nu.2. Et non præstat impedimentum, quod de Iure non sortitur effectum. Castill. controu.lib.7.c.21.Barra contr.67.nu.5.

219 Sic nullum non esse, vel de nullitare opponi non posse, paria sunt, gl.in l.qui habebat, §.1. verb.consilium in fine, ff.de manumiss. testam. Dec.cons.456.incip.consului in princ. Vaz lit.A. n.168.Barbos.axiom.164.

220 Sicut ex nihilo effectus non oritur, ita ex actu nullo, l.sicut patronus 48. §.si autem nuptiæ, ff.de oper.libert. Amat.dec.march.48.n.21 Fachin.lib.8.contr.44.in fin. Barbos.axiom.164.n. 2.Escob.de purit.qu.4.art.4.§.2.num.37. Valens. cons.22,n.13.38.cons.116.nu.12.Giurb.d.obs.89. nu.6.Cyriac.contr.254 n.22.contr.249.num.14. contr.327.nu.31.contr.329.n.82. D.Scoppa ad D.Merlin.contr.10.nu.8.contr.50.nu.9.lib.1. & contr.88.nu.113.lib.2.D.Benicl.cons 95.nu.67. Sanfel.dec.383. n.1.& ibi Additio.

221 Non entia, nec materiam, nec formam habent, l.actor 23.C.de probat.Bal.in l.de quibus nu.21.de legib.Escob.nu.40.Giurb.sup. D.Palma alleg.172.n.24.lib.2.

222 Nec subiectum, nec substantiam, in qua Iuris dispositiones verificari, & consistere valeant, l.non putauit 8. §.non quæuis, de bonor. poss.contra tab.Tiraq.de retract.lignag.§.2. nu.3. Azeued.in l.10.nu.13.11.lib.recopil. Lassart. de gabell.c.14.n.2.

223 Nihil, & inutile, aut inualidum æquiparatur, l.4.§.condemnatum, ff.de re iudic. c. sicut vigeri 1.q.1.Tiraq.de legib.connub.gl.1.p.6.à nu. 12.Palat.Rub.in repet.rubr. de donat.inter.§.70. nu.29.Couar.pract.c.7.nu.2.vers.Est & in hoc, Leo in thes.Iuris Eccles.p.3.c.9.n.12. Surd.cons. 28.nu.39.cons.157.nu.13.cons.371.nu.74. Rota Gen.dec.145.nu.4.Giurba sup.consuet. Mess. c.8. gl.7.n.4.p.1.Macerat.lib.2.resol.11.nu.10. D.R. Philipp.dissert.5.nu.32.27.nu.4.Cæsar.qu.43.nu 2.Fontanell.dec.116.n.10.dec.174.n.13.dec.438 n.8.dec.449.n.21.dec.458.n.8.D.Petr.in rit.140 nu.15.Prat.resp.32.n.39.seqq.post mille Nos de nullit.Iud.rubr.8.q.14.n.3.D.Mansi consul.381. n.10. D. Scoppa ad Fabr.in C.tit.2.exp.83.n.2.

224 Non esse, vel esse nullum paria sunt, leg. duo sunt Titij, ff.de testam.tutel.l non putauit, §. cum quæuis, ff.de bonor.poss.contra tab.Surd. dec. 51.nu.14.dec.222.nu.2.cons.359.nu.1.Flamin.de resign.benefic.lib.2.lib.8.qu.8. nu.34.seqq. Cald. de potest.elig.c.5.nu.8.Farinac.in praxi qu.15.nu. 45.seqq.qu.114.nu.128.cons.60.nu.9.lib.1, Nouar.qq.forens.lib.1.qu.126.nu.9. Giurb.sup. consuet.Mess.c.10.gl.6.nu.29.seqq.p.1. Gizz. ad Capyc.Latr.dec.29.nu.26.seqq. Episc.Maranta p.4. resp.87.nu 8.Affl.dec.366.nu.19. Cald.de potest. elig.c.5.nu.8.Barbos.axiom.162.nu.5. post alios Escob.de purit.q.4.art.4.§.2.n.62.Giurb. d.obser. 85.nu.6.& c.8.gl.7.n.4.59. Vela dissert.11.n.68. D.Philipp.dissert.5.nu.35.

Sic nihil fit ex nihilo, vel ex non ente non fit ens, l.2.ff.de vsufr.l.Seiæ, ff.de Tut.& Curat. l.eius, ff.de reb.credit. Cald.de empt.c.3.n.15. Farinac.cons.60,n.90. & ibi add.lib.1. Giurb. super consuet.Messian.c.16.gl.1.num.8.p.1.Peregr.cons. 21.nu.19.lib.4.Monter.dec.1. nu.54. Ideo Pers. satir.3.

De nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.

Cald.Pereira de empt.c.3.n.15.Farinac.p.4.cons. 60.nu.90.Barbos.axiom.161. Giurba obs.23. nu. 19.Vaz lit.N.n.42.

225 Sic quod non est, suppleri non potest, l. eius qui in prouincia, ff.si cert.petat. Nec potest tractu temporis conualidari, Cenc.de censib.qu. 45.n.20.R.Capyc.Latr. consult.11. nu.21. Nec confirmari, Andreol.contr.296.n.24.seqq.

226 Paria sunt aliquid non fieri, vel contra Iuris præcepta fieri, D.Mansi consul.480.n.14.

227 Sic non entis nullæ sunt qualitates, d.l.eius qui, vers.quoniam, ff.si cert.pet.l.Pomponius, §.fin. ff.de acquir.possess.l.si seruum, §.fin.ff.de act.empt. l.nec vlla, §.si quis absentis, ff.de petit. hæred. l. 1.ff.de hered.vendit.c.bonæ de elect.cap.ad dissoluendum de desponsat.impub. Tiraq. de Iure primog.qu.55.nu.10.tract.de causa cessante p.1. nu. 212.Gomes. var.tom.1.c.1.nu.9.c.10.nu.43 in l.17.Tauri,nu.19.Remig.de immun. Eccles.ampl. 20.à nu.5. Gutier.pract.l.3.qu.35.nu.10. Surd. dec.316.nu.6.cons.61.num.57.cons.246. num.15. Brun. à Sole in locis commun. verb. qualitas 9. Tusc.lit.Q.conclus.6.Oter.in c.gratum n.73.de offic.legat. Escob.de ratiocin.c.15.n.17.c.19.n.26. Ant.Monach.dec. Flo.56.nu.5.Cauall.qu.905.n. 86.Sess.dec.Aragon.188.nu.14.24. Argell.de legit.contrad.qu.4.nu.13.Gratian.cap.767.nu.7.34 cap.796.nu.18.Gallin.de verb.signif.lib.1.c.1.nu. 7.lib.9.c.7.nu.12.Valens.cons.38.Barbosa axiom. 162.n.1.Escob.de nobil.q.4.art.4.§.2.n.38.Giurba cons.23.nu.19.Vela dissert.27.n.98.Vaz.lit.N.

nu.43.52.D.Prat.discept.29.nu.2.lib.1.D.Gasti consf.27.nu.100.Palma consult.57.n.11.

Et nullum quod est non præstat impedimentum, *D.Celsus dec.342.n.11. ex c. non præstat.de reg.iur.in 6. Abb.in c.cum bertoldus n.15. de re iudic.Lotter.de re benefic.lib.2.qu.13. n.54. seqq. Rota.dec.97.n.5.p.2.rec.*

228 Non fieri; vel fieri, & non sortiri effectũ paria sunt, *l.1.§.nihil.ff.de inoffic.testam.l.si quis sub conditione,ff.de testam.tut l.ex consensu, ff.de appellat. Surd cons.3.n.29.cons.245.nu.14.cons.359.nu.10.cons.380.n.46.Giurb. sup. consuet. d. Mess.p.1.c.10.gl.6.n 31.obs.85.n.6. Monct. de distrib.p.2.q.2.nu.19.Vaz sup.nu.58.60.D.Rub. de consess.c.19.n.81.Paul.Rub.de valid.legal.c.2. nu.72.D.Mansi consult.383.n.62.*

229 Vel inutiliter fieri, inualide fieri, inefficax, & minus solemne, non facto æquiparari, *Costa de facti scient.inspect 23. Franch. dec. 114.nu.2.Menoch.cons.351.nu.36. Decian.cons. 21.n.51.vol.2.Nouar.lib.1.q.126.num.12. seqq. Giurb.sup cap.8.gl.7.n.4.7.9.p.1.Surd.cons.3.nu. 12.cons.28.n.89.cons.136.n.35.cons.157. nu.13. Antonin.l.b.2.res.11.n.10.Vaz sup.nu.61.*

230 Sic non fieri, vel ita fieri, quod factum non duret, paria sunt, *l.si pro parte,§.versum, ff.de in rem vers.Monac.dec.Bonon.40.p.7.nu.18. Surd.cons.190.nu.9.cons.245.nu.14.Angel.cons. 34.Surd.de alim.tit.7.q.20.num.9.seqq. Farinac. cons.60.n.72.lib.1.Gratian.c.115.n.33.c.132.nu. 29.seqq.Nouar.qu.38.nu.4.lib.1. Costa de fact. scient.inspect.11.Giurba d.obs.85.nu.6. Vaz sup. nu.59.*

231 Quod intellige si habet tractum successiuum. *Menoch.cons.334.n.19.Castill.contr.lib.5.p. 2.c.89.n 8.seqq.*

232 Nam paria sunt non facere, vel in facto non perseuerare, *l.quidquid calore.ff.de reg. iur. Mexia in pragm. taxæ panis concl.5.nu.61. Nouar.d.qu.28.n.4.*

233 Si verò stet per facientem, quo minus duret factum, tunc etiam non factum pro facto habetur, *Costa d.inspect.11.n.9.*

234 Paria sunt tunc non esse, & non admitti, *Mangil.de imput.q.87.n.1.*

235 Idem est non fieri, & illegitimè fieri, *l.quotiens.ff.qui satisd.cog.l.2.C. de success. edict. Ias.in auth.ex causa,n.18.C.de liber.prat. Barbos. axiom.92.nu.9.seqq.Ludouis.dec.224. nu.2. D.Merlin.contr.88.n.2.lib.1.*

236 Idem est non esse, aut inhabilem esse, *Tiraq.in l.16.Connub.gl.3.nu.43.Palaez de maior.3.p.qu.15.n.158.Tusc.lit.P.concl.87.Barbos. axiom.174.n.8.seqq.*

237 De actu nullo nòn est opus facere mentionem, *Felin.in c.ex tenore de rescript. Escob. d.§.2.n.65.*

238 Verum per actum nullum voluntas declaratur, *l fin.ff.de reb.eorum, Pareja de instrum. edit.tit.5.res.1.num.20.Castill.lib.5. c.108. n.11. Vela p.2.dissert.47.nu.20.Olea de cess. iur. tit.2. qu.5.nu.21.seqq.Pegas res.c.20.nu.76.Torre de pact.fut.suc.l.b.1.c.9.n.27.Castil.lib.5.p.2.c.108 nu.3.seqq.Caroc.sing.676. Vaz axiom.Iur.lit.V. nu.185.Nos de nullit.Iudic.rubr.8.qu.11.nu.42. Golin.de proc.p.3.c.5.n.70.71.D.Staib.cons.2.n. nu.43.R.Ponte cons.6.nu.33.p.2.Redanasc. cons. 7.* vbi explicat, *Staiban.iun.obs.199. Osasch. dec. 101.nu.23.Magon.dec.Flor.146.nu.27. Salgad. labyr.p.1.c.9.n.10.p.2.c.15.n.10.cap.18. nu.13. 21.c.24.nu.33.Cyriac.contr.501.*

239 Nullum ab initio, an, & quando possit tractu temporis, vel consensu, sine alio Iure superueniente conualidari, vel non, quando nulliter gesta possint confirmari, & alia, *Card. Tusc.lit.N.concl.148.& seqq.Castill.lib.5.c.107. nu.22.seqq.& cap.108. Thom.de Thomasset.reg. 255.Barbos.in l.1.ff.solut.matrim.p.4.n.96.Surd dec.288.nu.8.seqq.de alim.tit.8.priuil.12. nu.34. & dec.53.n.11.Greuei ad pract.Camer. Imperial. lib.2.concl.1.nu.22.seqq.Menoch.cons.351.nu.19 Farinac.dec.492.nu.9.dec.535.nu.11.tom.2. p.1. Vaz axiom.iur.lit.N.numer.75.& seqq. Barbos. axiom.161.& 164.*

240 Et quando Princeps confirmat actum nullum, debet scire illum esse talem, & inualidum, & velle de inualido facere validum, nam data ignorantia, non valet confirmatio, *Guttier. cons.11.* quamuis dicat *ex certa scientia, Guttier.sup.n.17.Rota dec.166.n.8.9.part.5. tom.1.rec.* Et quamuis esset clausula: *De nouo concedimus, Rota dec.689.n.5.6.p.4.tom.3.rec.D. Cepparell.resol.fiscal.27.n.66.seqq.*

241 Sic tabulæ nullæ, tabulæ dici non possunt, *l.2.§.1.ff.quemadmod.testam.aper. Rim. in l.posthumo nu.595. C.de bonor. poss. contra tab.* Nec substinetur dispositio in eis facta, *l. filio 17.ff.de iniust.rupt. Cald.de nominat. emphyt.qu. 10.n.29.Flor.de Mena ad Gama dec.126.Valasc consult.6.*

242 Nec executor in eis nominatus, officium exercere potest, *Rebuff.tom.1.ad leges Gall.tit. de sent.prouis.in præfat.n.74.*

243 Et permutatio nulla taliis dici non potest. *Grat.resp.123. nu.16.lib.2.* Sicut & obligatio, *l.quotiens 6.ff.qui satisd.cogant. Cæsal.cons.109. nu.1.3.*

244 Ideò fideiussio sub ea non cadit, *l.qui contra 12.l.cum lex 74.ff.de fideiuss.l.1.§.debitum de const it.pac.Rim.n.sen.cons.61.nu.29.vol.1.Alex. cons.66.in fin.vol.4. Bertazol.de claus. 1.7.gl.19. Maur.de fideiuss.p.2.sect.8.c.1. & sect. 10. §.46. Hering.de fideiuss.c.20. §.22. & c.10. num.18. seqq. Decian.cons.72.nu.5. Mauson.de caus. execut.p.1.qu.5.ampl.10.nu.10.Rota dec.321. n.7.* & ibi *Add.t.apud Ludouis.Cenc.de censib.qu.74. nu.7.Marescot.lib.2.c.63.nu.7. Rota dec.93. & 138.nu.4.* post *Cenc.de censib. Mangil.de euict.q. 174.Fontanell.dec.472.num.4.* Diximus *supra nu 48.*

Nam fideiussor datus pro obseruantia contractus, si ille declaretur nullus, non est obligatus. *Ciroc. discept.70. nume.34. Rota Bonon. diuers. dec.43. Rota dec.224. num.9. p.5. rec.*

rec. Vrceol. de transact. qu. 74. num. 57.

Nisi fideiussor esset obligatus vti principalis & insolidum, præsertim cum iuramento, *Cenc. qu. 74. nu. 8. seqq. Marescot. var. lib. 2. c. 65. num. 9. Merlin. de pignor. lib. 2. qu. 78. nu. 21. Rota apud Ludouis. dec. 321. nu. 7. & dec. 445. nu. 2. & dec. 560. & 564.* Videndi tamen sunt *Rota Bonon. d. dec. 64. nu. 41. seqq. Add. ad Ludouis. decis. 321. n. 13. Gratian. disc. 122. n. 10. seqq.*

Dummodo nullitas proueniat ex aliquo Iure speciali inducto fauore, & commodo alterius contrahentis, vt in contractu minoris, & pupilli, ex defectu alicuius solemnitatis à statuto requisitæ, *Merlin. de pign. lib. 2. qu. 78. n. 22. Gratian. disc. 122. n. 24. seqq. Ciroc. disc. 70. nu. 37. Bonden. collect. 15. num. 32. 33. Rota post Cenc. dec. 533. nu. 4. dec. 537. n. 9. Cenc. qu. 74. n. 12. Ludouis. dec. 321. n. 5. 6.* & ibi *addit. nu. 13. dec. 560. n. 4. Rota post Merlin. de pignor. dec. 42. n. 6. 7. Rota rec. dec. 487. n. 9. p. 5. tom. 2.*

Secus si proueniret nullitas ipso Iure ex aliqua dispositione Iuris communis, vel ex eo, quod non sit seruata forma substantialis ipsius contractus, quia tunc etiam si vti principalis, & insolidum esset obligatus non adstringeretur, *Cenc. d. qu. 74. n. 12. Bonden. d. collect. 15. num. 31. 33. Ciroc. disc. 70. nu. 35. Cels. dec. 361. nu. 14. Rota Bonon. dec. 63.* & ibi *Addit. Gizz. ad Capyc. Latr. dec. 19. n. 10.*

Dicitur obligatus vti principalis non solum quando hoc expressit, sed etiam quando obligauit se omni meliori modo, cum iuramento, & obligatione Camerali, *Cenc. d. qu. 74. nu. 11. Rub. in annot. ad dec. 510. nu. 21. p. 5. tom. 1. rec. Merlin. de pignor. d. q. 78. n. 24.*

Verum si se obligasset in euentum nullitatis, & inualiditatis contractus resultantis ex quocumque capite, & defectu, nulla tunc est difficultas, quia in casu cuiuscumque nullitatis, siue de Iure communi, siue speciali resultantis, esset obligatus ad damna, & interesse, *Cenc. d. q. 74. nu. 15. Rota post eum dec. 533. nu. 7.* Merlin. *d. qu. 78. Ciroc. d. disc. 70. nu. 37. Rota dec. 510. nu. 15. p. 5. tom. 2. rec. Ludouis. decis. 564. num. 4.*

Sed in census contractu hoc est verum secundum *Rotam*, vbi nullitas proueniret ex defectu materiæ, nempe fundi liberi, & capacis, non ex defectu formæ, eo quia non fuerit seruata constitutio piana in numeratione pecuniæ, vt in *dec. 11. n. 23. & seqq. p. 12. rec.* vbi rationem adducit, dicens dictam decisionem *Ludouis.* intelligendam esse de nullitate proueniente ex Iure speciali, vt deducitur ex eius præcedenti *decis. 560.* benè *Vrceol. de transact. d. q. 74. n. 55. & seqq. vsque ad finem.*

245 Nec in ea permutatione pignus, nec hypoteca cõstitui potest, *gl. & Bart. in l. 2. in fin. ff. de cõdit. indeb. Ant. Fano de pign. 3. p. mẽbr. 1. n. 8. Merlin de pignor. lib. 2. tit. 2. qu. 78. n. 1. & seqq. Altogr. cons. 3. n. 19. Rota dec 124. num. 1. p. 4. rec. Pacific. de Salaian. inspect. 1. cap. 16. num. 16, Mantica de tacit. lib. 11. tit. 3. num. 28.*

246 Instrumentum nullum, Instrumentum dici non potest, *Grammat. voto 25. nn. 12. dec. 27. n. 4. Roman. cons. 294. n. 3:* vbi *Apostilla, Tusc. lit. V. concl. 100. nu. 7. Aug. Bardos. appellat. 119. n. 7.* Nec executionem meretur, etiam stante statuto iubente, quod executioni mandetur quodlibet Instrumentum, *Hipp. de Marsil. de fideiuss. D. Valens. cons. 32. n. 80.*

Quod intellige quando nullitas apparet ex ventre Instrumenti; & sic esset clara, *Cenc. de censib. qu. 9. 82. nu. 9. qu. 91. num. 22. Gratian. disc. 872. nu. 4. Nos de nullit. Iudic. rubr. 1. qu. 3. 4. Cenc. de censib qu. 12. Giurba dec. 100. Sanfel. dec 312. num. 11. Staiban. res. 189. in princ. D. Rosa consult. 37. nu. 19. Fontanell. dec. 453. Frances de competent. q. 69. nu. 15.* Secus si requirat altiorem indaginem, nam tunc exequitur, data satisdatione. *Canal. dec. 28. de contract. p. 2. nu. 11. 19. 42. 48 57. 58. 60. 90. 91. Giurba dec. 100. Rebuff. sup. constit. de litter. obligat. tit. 1. gl. 9. nu. 3. 4. Francb. dec. 373.* vbi *Luca, R. Sanfel. dec. 312. nu. 5. P. Affl. contr. 48.* Vbi limitant, si super nullitate sit compilatus processus, *Ludouis. dec. 107. à nu. 3. Gratian. disc. 679. Maranta resp. 63. p. 3. Cæsar. qu 46.* Et quid si super nullitate sit facta præuentio, *Luca ad Francb. sup. Gratian. disc. 61. nu. 287.* infrà *n. 10.*

247 Vnio nulla non dicitur vnio, *Calder. cons. 26. tit. de præb. Dec. cons. 126. n. 4.*

248 Citatio nulla est, & si facta non sit, nec per eam dicitur præuenta Iuris dictio, *c. proposuisti 19.* vbi *DD. de foro competent. Decian. pract. crim. tom. 1. c. 21. n. 4. lib. 4. Serafin. de priuil. iuram. priuil. 73. nu. 38. Nos de nullit. Iudic. q. num.*

249 Nec interrumpitur præscriptio, *l. si pater,* vbi *gl. & Bald. C. ne de statu def. Balb. de præscript. p. 6. qu. 4. nu. 27. Palaez de maior. p. 1. q. 48. nu. 164. Gratian. cap. 2. nu. 36. Barbos. in remiss. ad ordin. Lusit. lib. 1. tit. 62. §. 3. lib. 4. tit. 79. n. 2.*

250 Collatio beneficii nulliter facta necesse habet, vt iterum confirmetur, alias nihil operabitur, *Io. Lup. in c. per vestras not. 4. num. 28. seqq. Mandos. reg. 19. Cancell. qu. 9. Guttier. lib. 2. pract. c. 11. nu. 41.*

251 Sic renunciatio beneficii nulliter facta idem operatur, ac si facta non fuisset, *Rota dec. 67. tit. de rerum permut. & dec. 293. eod. tit. in antiq.*

252 Transactio nulla nihil operatur, *l. interpositas 13. C. de transact.* vbi *Purp. numer. 48. 102. 122. Messia in l. Toleti vlt. p. concl. à n. 5. Vrceol. de transact. qu.*

253 Conditio imposita à testatore, ne actus requisitus pro facto, nec pro adimpleto habetur, si nullitas fiat, *l. hæc conditio 10. de condit. & demonstrat. c. si electio 26. de elect. in 6. Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispens. ratione ætatis, vers. vel dissimili, Tiraquel. in l. boues §. hoc sermone lim. 1. nu. 1. seqq.* latissimè *Estob. de purit. qu. 4. art. 4. § 2. n. 40. seqq.*

Sic

254 Sic promittens de rato alicuius, si ille ratificet, sed nulliter ratificet, non dicitur ratificare, & sic promittens per talem ratificationem non adimpleuit promissa, *Surd.cons.3. à nu.5.Serafin.dec.697.nu.8.Morot.cons.92.n.6.* vbi impugnat *Osasch. dec.75. Gramm. dec.102. in contrarium*, quia ex actu nullo non inducitur ratificatio, *Serafin.sup.Morot.sup.*

255 Et promissionis verba intelligi debent de ratificatione valida non de nulla, *Natta cons. 402.nu.54.*

256 Et adhibitis solemnitatibus necessariis, quidquid scripserit *Capyc. dec.93.nu.6.Grammat.dec.102.nu.99.* quos increpat *Surd. cons.3. num.37.41.42,cons.157.nu.13.seqq. Costa de scient.& ignor.i.spect.20.num.7. Osasch. dec.75. Rota Auen.dec.103.* & contra *Rolan. cons.81. lib.4.* late defendit, & decisum refert *Morot. cons.92.* qui *Surdum* reprobat *d.cons.3.n.35.*

257 De actu nullo nulla est habenda ratio, *l.4. §.condemnatum.ff.de re iudic. Afft.dec.182. nu.4. Macerat.lib.1.resol.24.n.10.*

258 Dispositio semper refertur ad actum validum, *l.non putauit, §. non quaeuis ff. de bonor. poss. contra tab.Christin.ad l.municipal.tit.11. art. 18.nu.5.Surd.cons.3 nu.16.*

259 Actus non durabilis, non est in iure considerandus, *Surd.cons.179.nu.15. Bardell.cons. 120.nu.69.*

260 Nam lex abhorret actus frustatorios, *gl. in l.scire debemus, ff.de verb.obligat.*

261 Paria sunt, quod minor ratum non habuerit, vel nulliter, *l.non putauit, §. non quaeuis,* vbi *Bar.ff.de bonor.poss. contra tab. Casal. cons.160.n.11.Rolan.cons.14.nu.25. lib.1. cons. 49.n.29,lib.4.* quia de ratificatione valida intelligatur: *Surd.d.cons.3.n.37.*

262 Et paria sunt non habere titulum, vel eum habere quod sit nullus, *l.nec vllam. ff.de petit. bared.Gratian.c.45.nu.35.Marcian. cons.42. numer.3.*

263 Licet ex actu nullo, & inualido contractu, transferatur possessio, *l.1. §. si vir vxori,* & ibi *Ias.nu.15.ff.de acquir.possess.Ottobon.dec. 236.nu.12.Duran.dec.155. nu.8.* etiam rei litigiosae, *Beninten.dec.48.nu.6.seqq.Visill.ad Afflict.dec.331.nu.1.Houded.cons.20. num.41.lib.1* Licet secus sit in Regno Neap. *c.connectus, & constit.eorum fraudibus,Nos ad Ron. cons.66.li.1.*

264 Maxime quando nullitas prouenit ex defectu solemnitatum, & non ex defectu consensus, *Houded.cons.23.nu.26.27.lib.1. Serafin. dec.638.nu.3.dec.1200.nu.3. Rota dec.93.nu.2. p.2.diuers.& dec.768.nu.9.p.2.& decis.251.nu. 12.14.p.6.rec.Duran.dec.155.nu.23.24. Burat. dec.136.n.20.23.Caualer.dec.473.nu.6.dec.503. nu.2.Ottobon.dec.236.nu.13.Rota post Zacch.de obligat.Camer.dec.180.nu.33.*& post *Merlin. de pignor.dec.96.n. 35.& dec.121.n.6.*

265 Tamen si talis translatio possessionis fiat per actum fictum, nempè per constitutum tunc ex eo contractu, & actu nullo, possessio non transfertur, *Ruin.cons.67. nu.15.vol.3.Crauett.cons.299.nu.3.Houded.cons.20.n.39. cons. 23.nu.25 seqq.lib.1.Tiraq.de constitut.p.3.lim.7. nu.1.seqq. Rota dec.612.nu.2.p.1. & dec.224.n. 1.p.2.diuers.& dec.694.n.9.p.1.rec.Gratian.cap. 483.nu.7.8.Duran.dec.155. n.20.21. Ciroc. discept.47.n.54.seqq*

266 Sic e contra promittens aliquem non contrauenturum, non tenetur quando ex capite enormissimae laesionis, ille contrauenit, sed eadem defensione ipse vti potest, *Ias.in leg. si pacto in fin.C.de pactis,cons.133. num.17. lib.4. Gram.dec.102.nu.102.seqq.Casal.cons 115. n.3. 4.Eugen.cons.12.num.104.lib.1.Ludouic.dec.Perus.27.nu.10.11.Cassan.in consuet.Burg. rubr.4. §.5.nu.51.Herring.de fideiuss.c.20.§.9.num.130. Rota apud Zacch.de obligat.Cam.dec.58. nu.11. 12.Burat.dec.64.nu.10.Decian.cons.78.n.54.55. lib.5.Costa de claus.conuent.p.2.claus.69. num.8. Franch.dec.247. Rimin.Iun.cons.575. num.55. cons.755.nu.43.*

267 Et licet sit expressè promissum, quod ille aliquis non controueniat, etiam ex capite enormissimae laesionis, quo casu cessat ratio considerata a *Iason.& Cassan.sup.* quod non censeatur cogitatum, vel promissum ex hoc capite.

268 Tamen vltra quod non possit renunciari enormissimae laesioni, etiam cum iuramento, *Donad.de renunciat.c.9. nu.96 97. Caluin.de aequit.lib.2.c.101.Andreol.contr.37. sub num.2. Baron.de effect minor.aetat.circa contract.eff.1. n. 745.749.* Dicemus *q.37.n.42.*

269 Dicitur, quod ex enormissima laesione intrat dolus re ipsa, qui aequiparatur dolo ex proposito, quando agitur de rescissione contractus, *Dec.cons.180.nu.7. Osasch.dec.41.nu.3. Cancer. var.p.1.c.13.nu.22.in fin. Andreol.contr. 214.nu.7.Caualer.dec.301.nu.5.& seqq. Giurba dec.105. Vrceol.de transact.qu.89. nu.55. seqq.* Sabell.§.laesio n.10.Grill.lib.1.cons.4.n.21. Idem *Vrceol.de transact.q.95.n.19. & 39.* Quae exceptio fauet etiam huic prouisioni, *Ancharan. cons.330.nu.11.Corn.* qui loquitur in terminis mariti similem promissionem facientis, ponderans dolum, etiam in promissione mariti, quia aliter non potuisset obtinere matrimonium, *cons.11.num.12. iuncto nu.10.lib.3.* latè *Ciroc.discept.70.* Dicemus *q.37.*

270 Et isto casu, secundum aliquos non requiritur absolutio Iuramenti, ob dolum interuenientem, *Castagn.tract. deduct. ne egeat in proem.2.p.nu.52. Hodiern.ad Surd.dec.278. nu.37. Biloct.de absolut.à iuram.l.b.1.c.2.à num.10. D. Merlin.contr. 39.nu.8.Salera.cons.35.§.10.nu.7. 8.Virgil.de legit.person.c.1.num.28.Carena res.6. nu.13.Neniz.cons.21.nu.5.15.cons.22.n.18.seqq Carpan.ad statut.Mediol.c.453.num.135.tom.2. Grammat.dec.96.nu.12.Caualr.dec.9.nu.3.lib.1. Sperell.dec.83.nu.91.Ricc.in praxi tom.1. absolut à Iuram.dec.340.Baron.d.eff.1. num.746. Gaill. d.cons.4.nu.22.*

Ve-

271 Verum prudenter quis agit, qui illam ad cautelam impetrat, *Spevell.d.dec.83.nu.9. Ricc. tom.1.prax.absolut.d Iuram.d.dec.340. Baron.d. eff.1.nu.747.748.654.& 750.*

272 Ea ratione, quia quando interuenit ænormissima læsio, iuramentum non obligat, nec aliquid operatur, *Paris.cons.75.nu.19.lib.3. Asin.in praxi §.9.c.330.nu.8. Borrell.cons.4. n.22. Corn.cons.167 nu.12.vol.2.cons.258.vol.4.n.4. 12.Ricc.sup.Donad.de renunciat.c.9.num.96.97. Turzan.commun.opin.159.nu.2.3.Curt.sen. cons. 43.Dec.cons.45.nu.1.2.& cons.379.nu.15.Chir. commun.opin.co.t.4.concl.8.Ludouic.decis.Perus. 18.nu.66.Baron.sup.n.749.*

273 Sed contra quod requiratur absolutio a iuramento, *Barbos.in auth.Sacramenta puberũ n. 18.C.si aduers.vendit.Marc.Angel.Leon.de præp. Iudic.p.2.præp.12.n.33. Ind.col.contr.214.n.8.*

274 Et enormissima læsio non solum impedit vires Iuramenti, quando is, qui iurauit erat minor, verum etiam si erat maior, *Beron.cons. 22.nu.65.seqq.lib.2.Butr.& cæteri in c. cum contingat.de Iur. iur.Asin.in praxi §.9.cap.33. à n. 4.Baron.sup.nu.751.Gall.lib.1. cons.4. num.21.* Dicemus *qu.37.*

275 Verum si aliquis contractus sit nullus, & ille in cuius fauorem sit nullitas, per aliquid tempus non opponat dictam nullitatem, an talis nullitas præscribatur, Quod præscribatur. *Balb.de præscript.4.p.4.partis qu.74.num.5. Antonell.de temp.legal.lib.2.c.67.n.63.*

276 Imò sciens nullitatem contractus, si ex eo aliquod recipiat, aut petat, amplius impugnare nullitatem non potest, *Torre de pact. fut.succeß.lib.3.c.12.nu.60.seqq.*

277 Sic requiritur ad præscriptionem spatium annorum 30. *l.sicut,C.de præscript.30. vel 40. annor. Affl.dec.245.in fin.Antonell.d.qu.67.*

278 Et talis præscriptio, tam contra ignorantem, quam contra scientem currit, tam si maior, quam si minor sit, *Odd.de restit.in 4. 5.q.90.per text.l.fin.C.de præscript.long.tempor. Anchar.cons.170.nu.2.3.Vasqu.contr. illustr. lib. 2.c.65.nu.2.Viu.dec.693.nu.9.Thes.dec.134.nu. 3.Tiraq.de retract.lignag.gl.4.§.35.n.37. Antonell.de temp.legal.lib.1.c.17.n.2.*

279 Sed quod ex capite ignorantiæ concedatur restitutio aduersus præscriptionem 30. vel 40. annorum, *Affl.dec.390.nu.7.Altograd.cons. 44.Antonell.d.c.17.n.2.*

280 Et *Vrsill.in d.dec.390. Affl. num.1.* dicit: Ignoranti competere restitutionem in integrum, etiam post centum annos, *Altograd. d. cons.44.*

281 Sed quando est scientia nullitatis, per spatium 30. vel 40. annorum, absque difficultate præscribitur, *Soccin.cons.106.nu.6.vol.1. ex d.text.l.fin.C.de long.temp.præscript. Gallus de except.tit.de renunciat.except.5.Donad.d.cap.42. & c.18.nu.17.Put.dec.363. num.1.2.lib.3. Aymon.de antiquit.temp.3.p.tract.fol.mihi 182.pag. 1.Antonell.sup.c.67.lib.2.& alibi in eod. Tract.*

282 An dictæ præscriptioni possit renunciari, *Donad.de renunciat.cap.34.n.42.cap.43. nu.14. 15. Nos de præscriptione* agemus infrà *hic q.45.*

283 Post definitionem nullitatis sequitur diuisio, quæ in nullitate multiplex est, & magnam lucem materiæ de nullitatibus affert. Prima insignis est in Iure: Contractuum, qui nullitati obnoxii sunt, quosdam esse nullos ipso facto, quosdã uero annullandos, seu quod idem est: quosdam esse irritos, quosdam irritandos, quosdam rescissos, quosdam rescindendos; sicut excommunicatio, & aliæ censuræ quædam sunt latæ sententiæ, quædam ferendæ, *Onat.de contract.tom.1.tract.6. disput. 19.nu.32.33.Card.Tusc lit.N.concl.141.* Et de excommunicatione latæ sententiæ; & ferendæ *Tusc.lit.E.concl.435.seqq. Ridolphin. in praxi p.1.c.14.nu.191.seqq.Tepat.var. sent. tit.36. Caspens.curs.Theolog.tract.25.disp.2.*

284 Ipso Iure nulli sunt, vel ipso facto; qui non expectant, vt nulla sint, vt homo, aut Iudex sententiam ferant, quia iam sententia nullitatis in eo lata est ab ipsa lege, vel Iure, & ideò ipso facto incurritur, quia posito eo facto, iam lata ipsa sententia tulit in omnem, qui in eum factum inciderit, *Onat.d. disp.19.n. 54.Groß.de except.except.10.nu.11. Caroc.de remed.contra sent.except.47.nu.46.Amat.res.53. nu.11.seqq.& n.18.Fontanell.dec.7, & 287.* & *453.nu.7.Francesc.de compet.qu.69. nu.15. Valens.cons.102.nu.13.vol.2.Salgad.de.reg.protect. p.3. c.9. num.34 seqq.* Sed ad auocandum possessionem requiritur sententia declaratoria, quamuis contractus sit ipso Iure nullus, *Ias.in l.si quis maior.3.notab.C.de.transact.Franch. dec. 163.nu.11.Ginrba obs.113.n.18.Ronit. in prag. 23.de feud.n.40.* decisum refert per S.C. *D.Maradei sup.pragm.ad sing.17.n.11.D.Prat.lib.4. discep.30.n.27.Auend.de metu lib.2.c.29.n.22.seqq*

285 Annullandi verò sunt, qui ad nullitatem incurrendam, etiam si iam factum, per quod nullitati sunt obnoxii, acciderit, non dum habent sententiam contra se latam, sed expectant sententiam Iudicis, & interim valent, & omnibus effectibus verorum contractuum gaudent, quam tamen ius ipsum iubet Iudici, vt Iuris ordine seruato in tales contractus ferat, *Onat.d.q.19.n 34.*

Ideò contractus pendente nullitate est exequendus, *R.Copyc.Latr.dec.43. num.17. Annechin.de præuent.instrum.c.2.qu.1. num.20. Rosis obs.13.nu.56.& seqq.Franch.dec.373. Ginrba dec.100.Staiban.res.189.in princ. D. Rosa consult.37.nu.19.Fontanell.dec.453.nu.21.Scappue de Saluian.lib.2.qu.16.n.2.& seqq.P.Affl.contr. 48.nu.42.* Secus esset si executio talis contractus esset irretractabilis, etiam si nullitas proposita sit principaliter. *Lancellot.de attentat. p. 2.c.17.Medic.exam.19.32.Sperell.dec.72. n.18. seqq.Scacc.de appellat.q.19.re med.1.concl.4.*

286 Sic vterque contractus nullus est, sed ille nullus ipso facto, quia posito facto, cui nullitas

tas debetur, cum iam lata fuerit sententia, statim incurritur, ille verò annullandus posito facto, quia nondum in id factum sententia lata est expectat sententiam Iudicis, vt sit nullum, *Onat.sup.* Sed si nullitas ex ipso contractu appareat, vel possit incótinenti probari, & deducatur per modum excipiendi, túc impeditur illius executio, *Scappuc. sup. Conciol. all. 1. n. 7.*

287 Aliquando Ius annullat futurum contractum, propter defectum in eo occurrentem, sua ipsius dispositione, ex vi iam latæ legis, ita vt nulla sententia opus sit, nec alio Iudicis decreto irritante, aut declarante, sed posito facto, propter quod annullat, eo ipso incurratur, vt videmus in multis legibus annullantibus, Aliquando verò non annullat ipsa lex, nec irritos reddit contractus, sed obnoxios nullitati, & præcipit à Iudice irritari, prout in casu, quo lex irritat contractus, propter metum leuem non cadentem in constantem virum, qui dedit causam contractui, *Auendan. de metu lib. 1. c. 8. 14 Tusc. lit. M. concl. 215. seqq. Rota p. 14. rec. dec. 154. Onat. de contract. tom. 1. tract. 1. disp. 3. sect. 10. 11. 13. Noguerol. alleg. 29. Fagund. de Iustit. & contract. lib. 1. c. 5. 6. Zamoran. de compensat. disp. 4. c. 22. Altograd. cons. 50. num. 268. lib. 1. Ludouis. dec. 374. nu. 7. seqq.* vel emptionem vltra iusti pretii medietatem, vt in *l. 2. C. de rescind. vendit. Cald. de restit. verb. Sua facilitate, & verb. Vel aduersorij dolo, & vers. Ipsis, Vrceol. consult. 3. Hermosill. tom. 2. l. 56. gl. 4. & seqq. Conciol. & Romaguer. ad statut. Eugub. lib. 2. rubr. 58. Oddo de restit. qu. 36. art. 2. & 3. Gratian. discept. 108. n. 49. & seqq. Sabell. §. minor Caualer. dec. 301. n. 1.* Vel in contractibus minorum, qui subiacent restitutioni in integrum, *Baron. de effect. min. ætat. eff. 1. & seqq.* & alii innumeri: *Onat. de contract. tract. 6. disp. 19. sect. 2. nu. 35. & seqq.* vbi respondet obiectionibus in contrarium. Infrà *qu. 38.*

Secus si minor esset infans, nam tunc contractus esset nullus, *Baron. de effect. min. ætat. in prælud. nu. 73. 74. eff. 12. n. 13. seqq & eff. 24. nu. 6. & eff. 1. n. 1. & seqq. Onat. de contract. tom. 1. disp. 4. n. 16.*

288 Et si contrahat sine sollemnitatibus, nec etiam naturaliter remanet obligatus, *Tiraq. de legib. connub gl. 4. nu. 12. Durand. dec. 18. n. 13. 18. & dec. 373. nu. 2.* & post *Zach. de obligat. Camer. dec. 142. nu. 4. Cyriac. contr. 252. nu. 15. Cancer. var. p. 2. c. 1. nu. 210. 211. Rota rec. dec. 177. n. 10. p. 1. & dec. 468. n. 11. p. 4. tom. 2. & dec. 1. nu. 16. 17. p. 5. & dec. 119. nu. 5. 6. p. 7. Ciroc. discept. 71. n. 37.* Nec in foro conscientiæ tenetur, *Cancer. sup. n. 207. Durand. d. dec. 18. nu. 9. Ciroc. sup.*

289 2. Diuisio est, Contractus quidam sunt iure naturali, quidam Iure positiuo, Iure naturali sunt, qui non egent iure positiuo, vt nulli sint, sed habent ita intrinsecam, & innatam nullitatem, vt ante omnem legem, & voluntatem humanam, & conuentionem, etiam contrahentium sint sua natura nulli. Quod contingit quia habent defectum in essentialibus. *Staiban. res. 2. nu. 6. Onat. d. disp. 19. num. 37.* Dicemus *infrà n. 365.*

290 Et sic ex illis nec ciuilis, nec naturalis oritur obligatio, *l. sancimus, C. de donat. l. sed & si serui, ff. de fideiuss. Bal. in l. non dubium n. 29. C. de legib. Rota dec. 98. nu. 14. p. 12. rec. Torre de pact. fut. success. lib. 3. c. 12. n. 249.*

291 Idem quando lex actum pro non facto iudicat. Idem *Torre d. c. 12. num. 251. D. Lugo de Iustit. & Iur. disp. 22. sect. 9. num. 254. Sanch. cons. moral. lib. 4. c. 1. dub. 14. nu. 4. Menoch. lib. 1. præsumpt. 80. nu. 32. Gomez in l. Tauri 3. nu. 123. Rota dec. 98. n. 14. 15. p. 11. rec.*

292 Alii verò contractus Iure positiuo sunt nulli, puta quia habent omnia essentialia contractuum, sed ius positiuum addit, & iniungit aliud, quo deficiente vult, & præcipit, vt potest, contractum nullum esse, & nullum ex eo effectum moralem obligationis actionis, & cæterorum sequi, *Onnat. sup. num. 37. & seqq. Gratian. disc. 647. nu. 15. 25. disc. 699. nu. 27. 28. Salgad. labyr. p. 2. c. 23. nu. 32. seqq. Altograd. cons. 9. nu. 78. lib. 1. Vrceol. consult. 44. nu. 2. seqq. & c. 92. n. 61. vol. 2. P. Stephan. de Neapol. tract. de restit. lib. 2. c. 2.*

293 3. Diuisio, alii contractus nulli obligatione ciuili, alii obligatione naturali, alii vtraque. Primo casu, quia obligatio ciuilis ex illis non sequitur, sed naturalis. 2. casu quia non sequitur obligatio naturalis: 3. quia sunt nulli omninò, quia vtraque obligatio naturalis, & ciuilis deficit, *Onnat. sup. nu. 40.*

294 Exempla contractuum nullorum ex Iure positiuo, sunt contractus Seruorum de suo peculio. *ff. de condit. indeb. l. si is, quod, instit. de liber. §. 1. instit. de inutil. stipul. §. item. inutilis* Vbi *Omnot. Pichard. Harppreft. & Cæteri Institutistæ. Diana tom. 7. tract. 8. res. 61. Ayllon. ad Gomez. lib. 2. c. 1. num. 4. Sanch. lib. 1. cons. 11. c. 1. dub. 2. Gregor. l. 4. gl. 9. tit. 14. p. 7. R. Sarsel. dec. 195. nu. 16.* vbi de processu facto cum seruo, Vel filii fam. alias iusti, quia noluit ius inter seruum, & dominum, nec inter patrem, & filium fam. obligationē ciuilē oriri. *Nos ad Rouit cons. 68. n. 4. lib. 2. Manfrelld ad Cap. Latr. dec. 134. n. 30. seqq. Cancer. lib. 2. c. 1. nu. 71. 75. Ascolin. res. 19. à nu. 6. Vrceol. consul. 44. nu. 15. Rodoer. ad Marin. c. 144. nu. 1. & seqq. Berlich. concl. legal. p. 2. concl. 17. nu. 25. seqq. D. Romaguer. ad Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr 57. nu. 35.* Sed adest obligatio naturalis, quæ inter ipsos oritur, cum ambo teneantur de iure naturali stare ad obseruantiam talium contractuum, in foro poli.

295 Licet non desint qui dicant, contractus inter patrem, & filium valere, & quod non competat restitutio, quandò non præsumitur læsio, *Gomez lib. 2. var. c. 14. nu. 27.* vbi *Laynez. Barbos. in l. cum apud 2. & ul. C. qui, & aduersus quos n. 7.* Licet idem *Barbos. in l. si superstite, C. de dolo malo nu. 6.* cum *Cald. Pereira in l. si*

l si curatorem, verb. læsis nu. 156. de in integ. restit. minor dicat, quod per actionem in factum rescindatur contractus cum patre gestus.

296 4. Diuisio est, Nulli contractus alii sunt nulli ex parte vtriusque contrahentis alii ex parte alterius tantum. Ex parte vtriusque communiter sunt nulli contractus, quia in neutro contrahente oritur obligatio, aut actio. Ex parte verò alterius, contractum esse nullum, & ex parte alterius esse validum, raro contingit, sed adsunt exempla. Putà in contractu emptionis rei alienæ, bona fide, sed venditor habet scientiam rei alienæ, tunc contractus est validus ex parte emptoris, nullus ex parte venditoris, *l. si emp. 34. ff. de contrah. empt. §. item si emptor.* vbi tex. Si emptor, & venditor scit furtiuum esse, quod emit, à neutra parte obligatio contrahitur, si emptor solus scit non obligatur venditor, post mille *Sabell. §. emptio nu. 27. & n. 57. Mangil. de euict. qu. 170. nu. 29. 30. Hermosill. tom. 2. tit. 3. l. 14. gl. 1. nu. 34. seqq. Cala de empt. vendit. in pragm. 11. p. 3. c. 13. num. 45. Spada cons. 149. lib. 1. Berlich. conclus. p. 4. concl. 44. nu. 4. & concl. 45. nu. 20. Molina disput. 350.* Idem est in contractibus cum pupillis, & minoribus, Diximus latissimè *supr. hic* & in eo, qui mutuo dat filiis fam. sine consensu patris, & aliis *R. Rouit. in pragm. ad Senat. consult. Maced.* vbi *Nouar. Maradeus, Constant.* vt suo loco dicemus *Rubr. 2.*

297 5. Diuisio est, Vt contractus alii dicantur nulli propriè, quia de præsenti neque obligationem, neque actionem pariunt ex vtraque contrahentium parte, alii valde impropriè, ac diminutè, quales sunt donationes simplices inter virum, & vxorem, & inter patrem, & filium, quas ius prohibet, & annullat solum ad hunc sensum, vt si traditione fuerint vallatæ, & morte confirmentur, teneant; si verò qui donat eas velit reuocare, integrum ei sit quandocumque voluerit, *Onat d. disp. 19. n. 49.* De quo tractabimus *q. 39.*

298 Contractus nullus dicitur in Iure nostro multis modis, nam vocatur contractus, seu actus nullus, inanis, quia vacuus est effectus, vocatur viribus vacuus, clarius Iure significante, omnino effectu carere, vocatur irritus, quia non est ratus, idest approbatus, & confirmatus. Vocatur inutilis, idest nullius vtilitatis, & vsus, & nihil deseruiens ad producendos effectus. Vocatur cassus, quasi cassatum quid, & deiectum. Appellatur rescissus, quasi ruptum, quidquod nihil præstat. Appellatur infectus, quia sicut res quando non dum facta est, non habet effectum, ita contractus nullus, perinde, ac si factus non esset, nullum omnino sortitur effectum. Dicitur viribus nō subsistere, idest nullas vires habere, ad producendos effectus, & aliquando additur ad maiorem explicationem: *sit nullius effectus: nullatenus valeat, nullo modo subsistat.* Quæ omnia nomina contractuum nullorum, & sententiarum, & aliorum actuum iuridicorum obuia sunt, & trita in Iure, & satis efficaciter probant contractum nullum dici iure eum, qui nullum habet effectum. Diximus *sup.* & dicemus infrà *num. 311. seqq. Grammat. cons. 3. nu. 12. Gig. de pension. qu. 10. nu. 10. Osasch. dec. 165. n. 14. Barbos. de diction. dict. 226. Gratian. disc. 159. nu. 18. Cauall. qu. 527. nu. 20. qu. 900. nu. 5. Grat. de diction. dict. 144.* Et ita tenet expressè *Bar. in l. possessio, §. si vir vxori, ff. de acquir. possess. in princ. & l. si expressum. ff. de appell nu. 3. Ias. in l. qui quartam, ff. de leg. 1. & in l. filius fam. §. diui, in 2. lect. & in l. 1. num. 35. 36. C. de Summa Trinit. & in l. 1. §. sublato, ff. ad Trebell. Alex. in add. ad Bart. d. l. si expressum, ff. de appell. nu. 3. Signorol. cons. 219. num. 9. 10.* Vbi quod testamentum nullum reducit hæreditatem ad venientes ab intestato, & quod sententia nulla, & quilibet actus nullus non dicitur sententia, nec actus, quia Iure de valido debet intelligi, *Lap. alleg. 1. nu. 1. Calder. cons. 2. de constit. nu. 2. Feder. de Senis cons. 11. n. 9. Card. Tusc. Verb. nullitas, conclus. 42. nu. 29. 30. Caluin. lexicon. Iur. verb. nullum, Solorzan. de Iure Indiar. tom. 2. lib. 1. c. 4. nu. 109. & cap. 19. à nu. 13. Foreatol. in Necyomant. Dialog. 99. nu. 4. Ricc. collect. p. 7. collect. 3005. Solorzan. lib. 3. Polyt. c. 10. Barbos. de claus. claus. 92. dict. 226. D. Merlin. contr. 59. n. 9. 10. 12. lib. 2.*

299 Nullitas contractus est: *defectus in essentialibus, vel accidentalibus eius, ex quo effectus eius impediuntur, vel impedimentum irritans eius effectus.* Sumitur hæc definitio ex *l. non dubium C. de legib. & Bal. ibi in princ. & nu. 2. & Ias. n. 3.* Quia non videtur factum, quod contra legem est factum, atque ita contractus nullus pro non facto, seu infecto, & pro non contractu habetur; sicut venditum nullum pro inempto habetur, *l. 1. ff. de in diem addict.* Diximus *sup.*

300 Nam, cum contractus sit pactum obligatorium, id est ex quo apta nata sit obligatio, & exceptio, & cætera Iura nasci, quidquid tollit instrumentum aptum ad obligandum, & esse obligatorium, id certe naturam, & essentiam ipsius contractus tollit, & hoc est nullum reddere, hoc est inane, & inutile esse ad obligandum; ac proinde, ac si non esset. Diximus *sup. n. 223.*

301 Diximus: *est defectus*, vt denotemus nullitatem in negatione consistere, & nullum contractum; contractum non esse, sed potius negationem contractus. Diximus *sup.* Et dicemus *Infrà.*

302 Sed non est nullitas in contractu mera negatio contractus, sed quasi priuatio in subiecto apto nato, nam debet aliquid habere contractus, qui nullus dicitur, scil. saltem apparentiam, nam quemadmodum homo pictus dicitur homo, cum verè homo non sit, sed non diceretur homo, nec homo pictus, si non haberet aliquid hominis, saltim apparentiam,

ita etiam contractus nullus, qui verè contractus non est, sed pictus, & apparens contractus, dicitur contractus, aut contractus nullus, quamuis vere contractus non fit, sed non diceretur contractus etiam nullus, & irritus, si non haberet de contractu aliquid, saltem esteriorem formam, & apparentiam. Vt de contractu simulato, & sic nullo, dicit *Molign.alterc.26.nu.7 seqq.& altercat.83. nu.2.Giurba dec.22.nu.9.17. Gratian.disc.317. nu.14. Muta dec.6.nu.14.Milan.dec.4.nu.3.Noguerol.alleg.10.à nu.64.R.Ponte cons.72.num.2. Fab.in C.tit.plus valere, quod agit,defin.1. Palma alleg.75.n.23.61.*

303 Quare contractus nullus, contractus non est, nec tractu temporis potest conualidari etiã si cesset vitium nullitatem inducens, *Altograd. cons.23.nu.36.cons.78.num.32.* sed simulacrum quoddam, & cadauer contractus, sicut homo pictus, vel mortuus, quia id, quod agitur simulatur, non verè agitur, vt ait *Bart.in l.non dubium,C.de legib.nu.7.* Diximus *sup. nu.* *Paris.cons.53.nu.10.seqq.cons.54.nu.26 lib.1.Mantica de tacit.tom.2.lib.13.tit.35.n.3. Vrceol. de transact. qu.70.nu.15.seqq.*

304 Et quando contractus est nullus, vel resoluitur ex causa de præterito, constitutum in illo appositum etiam est nullum, *Osasch. dec.35.Barbos.claus.31.nu.30.Gratian. disc.483. 954.nu.10.seqq.Merlin.de pignor.lib.4. tit.4.qu. 120.nu.39. Rota nouiss.p.6.dec.34.num.4. Vrceol. consult.92.num.62. vol.2. Ricc.collect.3969.Pacific.de Saluian.inspect.3.c.2. num.1028. Rota p. 13.rec.dec.412.nu.2.8.* Vbi intelligit de nullitate clara, *Caualer.dec.473.nu.3.dec.503.nu.2.* vbi intelligit quando nullitas est ex defectu consensus, alias secus, *Rota p.12.rec. dec.524. num.1.*

305 Diximus *in essentialibus*, quia defectus essentialium nullitatem infert contractui, nam ex defectu essentialium, defectum essentiæ prouenire certum est. Vnde siue contractui deficiat consensus, siue deliberatio, & libertas, siue intentio se obligandi, siue in contractibus plenus vsus rationis, siue vnus contrahentium de alio intelligat, alius de alio, siue ea incertitudo, quæ confusioné pariat, ita vt contractu non possit executioni dari, secundũ voluntatem contrahentium, quia hæc omnia essentialia sunt contractus erit nullus, siue quicquam aliud desit ex his omnibus, quæ essentialia sunt, quia deficientibus essentialibus, contractum nullum reddi necessarium, & notissimum est, bene *Onat.de contract.tract.6. disp.19.de nullit.contract.sect.2.* Diximus *Nos* in principio huius Tractatus, dum egimus de Errore, Incertitudine, Metu, Consensu, & aliis, & dicemus in *rubr.2. de Minoribus, Fatuis, Prodigis, Interdictis, Seruis, & Alijs.*

306 Et ex quocumque defectu oritur nullitas, *Onnat.sup.nu.25.* Et quando secus, *Tusc. lit.S. concl.330.332.333.Sabell. in summa §.forma.*

307 Talis nullitas ex tribus Capitibus oritur, consensu, personis, & obiecto, ratione solemnitatis, & ratione loci, & temporis, quo contrahitur, respectu consensus, quia non est, vt quando alter contrahentium non consentit, vel quia consensus liber non est, vt in infantibus, & furiosis. Dicemus in *rubr.2.* Vel ex parte personarum contrahentium, vt in pupillis, vel seruis, qui ad contrahendum sunt inhabiles. Dicemus in *d.rubr.2.* Vel ex parte obiecti, scil. rei pactæ, vel conuentæ, quæ obligationis ciuilis sit incapax, vt res sacræ, vel publicæ, vel impossibiles, vel quæ non sunt, vel alienæ. De qua re dicemus in *Rubr.3.*

308 Hi defectus sunt de Iure naturæ, nam nullitates ex Iure positiuo, quia arbitrariæ sunt, & accidentales, variant, nec certa lege tenentur, *Onnat.d.disp.19.sect.2.n.26.*

309 Contractus nulli, & inefficaces habentur pro non factis, etiam si essent validi, sed effectum non producerent, nam cum careant effectu, carent nomine, quia verba sunt intelligenda cum effectu, *l.2.§.hæc verba. ff. quod quisque Iuris, l.pen.§.docere, ff.ne quis,eam,cum concord.Gratian. cap.746. Tusc.lit.V. concl.90. Castill.lib.5. p.2.contr.cap.96.nu.5.Nouar.lib.1. qu.1.nu.3.4.Fusar.de substit.qu.650.num.6. Vaz axiom.Iur.lit.V.n.30.*

310 Annullatio actus, an sit pœna legis transgressæ, an impedimenti effectus. Quod sit pœna facit *text.in l.non dubium, C.de legib.leg. Senatus, ff.de contr.empt. Magon.dec. Flor.137. num.6.Menoch.de arbitr.cas.276.nu.18.cons.165 nu.10.cons.772.num.5. Vasp. contr.Illustr. c.28. nu.3. Aldubn cons.29.nu.17. D.Caten.dec.17. nu. 45.* Sed *DD.* in *d. l.non dubium,* dicunt non esse pœnam, etiam eam annullationem contractus, quæ fit lege prohibente.

Sed *Bald. in ead.l. nu.5.* distinguit, nã si annullatur actus ratione prohibitionis, annullatio dicitur pœna, vt in *d.l.non dubium,* & in *l.Senatus, ff.de contr. empt.* Si autem actus sit nullus ratione omissionis, vel formæ, tunc illa nullitas non dicitur esse pœna.

Verum *Onnat.de contract. d. disp.19, sect.2. num.27. & seqq.* dicit nullitatem non esse pœnam, & probat, nisi tria requirantur, quod lex prohibeat, quod simul annullet, & quod in pœnam transgressionis annullet. Videndi *Tusc.lit.L.concl.269. Diana p.10.tract.12. resol. 6.7.Sabell.§.forma n.2.§.actus n.7. Barbos.§.forma.*

Et nullitas non lædens personam, nec minoris patrimonium non dicitur pœna, *Gratian.disc.508.nu.42.*

311 Inducitur per dictionem: *Nullatenus,* nam est dictio vniuersalis negatiua excludens, quãcumque minimam partem, *gl. in reg. nemo potest,de reg. Iur.in 6.& in c.statutum,verb.nullum de rescript.in 6. Roman. cons.326.col.vlt. Dec. cons.310.num.2. Cened. pract.canon.qq.sing.69. n.3.*

n. 3. 4. Ruin. conf. 30. n. 3. vol. 1. Gratian. disc. 159. nu. 18. D. Altograd. contr. 63. num. 39. Fontanell. de pactis nuptial. cl. 4. gl. 21. p. 1. num. 77. 79. licet contra dicat. nu. 47. Tusc. lit. D. concl. 315. nu. 1. Barbos. de diction. dict. 226. nu. 1. Castill. contr. lib. 6. cap. 114. num. 3. & 4. Idem Barbos. in collect. ad Concil. Trid. sess. 21. c. 2 nu. 61. Pir. Corrad. de dispens. Apostol. lib. 4. c. 7. num. 26. seqq. D. Baruf. resol. 38. n. 20.

312 Negat omnes casus, & omnem potentiã, l. vlt. C. de testam. milit. Menoch. conf. 383. nu. 14. & vniuersaliter iurisdictionem exercere, Marta de iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 153, num. 10. Castill. sup.

313 Includit in se omnem casum, & rem etiam minimam. Narbon. l. 16. gl. 2. num. 18. tit. 18. lib. 5. recopil.

314 Per hanc dictionem tollitur facultas dispensandi, gl. in clem. 1. § si quis autem, vers. nullatenus, de sequ str. poss. Cened sing. 69. n. 5. Corset. sing. verb. nullatenus, Rebuff. in concord. rubr. de reg. nomin. §. Monaster. fol. 192. Barbos. sup num. 3 Gratus d. Elio. 244. nu 2.

315 Importat nullitatem actus ipso Iure, auth. si qua mulier, vbi gl. verb. nullatenus, C. ad Velleian. clem. vlt. vers. nullatenus, vbi gl. de sequestr. possess. Gig. de pension. qu. 10. nu. 10. seqq. vbi dicit idem importare, & si dictum esset: Nullius sit roboris, & efficaciæ, Grammat. dec. 3. n. 12. Rota dec. 22. nu. 2. p. 2. diuers. Put. dec. 254. nu. 3. l. b. 2. Flam. de resignat. lib. 8. qu. 8. num. 53. & lib. 9. qu. 12. nu. 2. Boer. dec. 348. Caual. qu. 527. nu. 20. qu. 900. nu. 5. Gratian. disc. 157. n. 18. Cened. sing. 69. nu. 1. Sanch de matrim. lib. 8. disp. 32. nu. 7. Narbon. l. 35. gl. 1. n 16. tit. 3. lib. 1. Recop l. Barbos. sup. n. 4. Gratus diction. 144.

316 Sic habet virtutem decreti irritantis, Imol. in clem. 1. nu. 20. & ibi Card. Rota sup. Rolan. conf. 27. nu. 11. 12. tom. 4. Marchesan. de Commissar. p. 2. de aper. chorif. nu. 66. Felin. in c. ex litteris n. 7. in l. casus, de constitut. Barbos. nu. 3. Gratus sup. n. 3.

317 Habet vim latæ sententiæ, & significat: Ipso Iure, Tusc. in l. si vnquam, verb. reuertatur num. 94. Rebell. de obligat. iustit. lib. 1. qu. 6. sect. 6. nu. 44. Farinac. fragm. crim. p. 2. verb. lex n. 109 Syro in clau. reg. lib. 3. c. 7. num. 26. vbi ampliat Barbos. sup. n. 6.

318 Per clausulam: Nullius momenti habetur nullitas actus in contrarium gesti, l. si quis Sempronium, ff. de hæred. instit. l. de pupillo. §. si quis forte. vbi Ias. nu. 3. 4. ff. de nou. oper. nunciat. & in l non dubium, C. de legib. & in auth. Sacramenta, C. si aduers. vendit. & in c. ordinarij in fin. de offic. ord. n. Tiraq. in l. si vnquam, verb. reuertatur nu. 97. & 101. Gonzal. in reg 8. Cancell. gl. 5. nu. 7. Farinac. in praxi crim. p. 1 lib. 1. tit. 4. qu. 33. nu. 4. Escob. de vtroq. foro art. 5. nu. 210. Gratian. disc. 691. nu. 3. 4. 5. Barbos. diction. 227. Maximè si adsit clausula: Nullius roboris, & nullius momenti, Gratian. disc. 834. nu. 7. Nos de nullit. Indic. rubr. 4. q. 1. n. 4. & seqq.

319 Per clausulam: Nullo modo, quæ excludit omnem casum, l. vlt. C. de testam. milit. Dec. conf. 649. post nu. 9. Menoch. conf. 373. n. 14. Mandos. ad reg. 34. Cancell. qu. 88. nu. 3. Ferret. in consil. Cathal. gl. 1. n. 20. Cened. pract. Canon sing. 70. nu. 1. Hermosill. l. 8. gl. 11. tit. 4. p. 5. Barbos. dict. 228. Castill. contr. lib. 6. c. 114. nu. 3. 4. lib. 1. c. 26. nu. 4. Rota post Cenc. de censib. dec. 146. num. 4. Canc. q. 32. n. 2.

320 Operatur præcisam prohibitionem, & idem quod clausula decreti irritantis, Gratian. dec. 61. nu. 18. Est præcisa ex Menoch. conf. 22. nu. 9. Cened. sing. 70. nu. 3. Stracc. de decoct. mercat p. 6. n. 28. Barbos. n. 2.

321 Excludit dispensationem. Idem n. 31. Cened. d. sing. 70. n. 2. Montan. de tutel. c. 4. n. 92.

322 Importat Canonem latæ sententiæ. Tiraq. d. verb. reuertatur. nu. 77. 78. & 93 Sayr. in claui reg. lib. 3. c. 8. nu. 29. Salas de legib. qu. 96. tract. 14. disp. 16. sect. 8. nu. 29. Farinac. fragm. crimin. p. 2. verb. lex. nu. 108. Sanctarell. var. res. q. 6. nu. vlt. Barbos. n. 4.

323 Per dictionem: Nullo pacto, nam illa trahitur ad non specificata, Gratian. dec. 51. n. 14. Rolan. conf. 2. nu. 4. lib. 4 Tiraq. in l. si vnquam, verb. omnia n. 14. Barbos. clauf. 92. n. 4.

324 Importat etiam: nulla ratione. Barbos. clauf. 92. nu. 4.

Sic inducitur per verba prohibitiua, & negatiua, D. Constantin. ad statut. Vrbis annot. 44. nu. 791. Thomat. dec. 94. nu. 16. Rota dec. 167. nu. 6. p. 2. rec.

325 Per dictionem: Eo ipso, quæ statim prolata annullat ipso Iure, Tiraq. in d. l. si numquã, vers. reuertatur nu. 18. Theod. Rub. sing. Rot. tom. 2. p. 4. clauf. 334. l.

De dictis actionibus, *Dec.consil.247. Thes. dec.185.* Mantica *de tacit.lib.4 tit.17. Sabell.§. venditio num.35.Hermosill.tom.2.l.64.glos.1.& seqq.fol.853.& l.65.66. Antonell.de temp.legal. lib.2.c.31,& lib.3.cap.20. Gusm.& Mangil.sup. Cyriac.contr.54.55.273.Sabell.§.venditio n.40.*

Si venditor sciuit vitium rei venditę, & nō denunciauit emptori, tenetur ad omne interesse, & si ignorauerit, tenetur solum quanto minoris fuisset empturus, *Surd.d.dec.146.& dec.165.nu.2.& seqq.* vbi etiam dicit actionem quanti minoris dari, etiam pro immobilibus, *Hermosill.sup.in d.l.64.n.24. Gusm.Mangil.sup.*

Et quamuis venditor nesciat, *Bonacin.de cōtract.disp.3.qu.2.p.6.num.6.7.8. Layman. lib.3. tract.4.c.17.gl.2.num.14. Ciarlin.contr.112.n.5. seqq.* Vbi dicit, quid si emptor velit stare contractui, intra annum potest agere ad diminutionem pretij. *Gusm.Mangil.sup.*

Actio quanto minoris duplex est, alia prætoria, alia ciuilis, *DD.in l.Iulian. ff.de action. empt.* Differt prætoria à ciuili, quia prætoria datur solum pro illis rebus, de quibus prouiderunt prætores ædiles, ciuilis datur pro omnibus, *Bar.in l.Iulianus, ff.de action.empt.* vbi quod prætoria non datur, nisi pro seruis, & animalibus, in ciuili agitur quanto minoris emptor esset empturus, si sciuisset, *l.si minor, ff. de action.empt.* Sed in prætoria quanto minoris valuit tempore contractus, propter vitium, *gl.in d.l.Iulianus,*& ibi *Bald.& alij, Antonell.d. c.31.nu.4.* sed contra dicit *Caballin. in addit.ad tract.de edilit.action.c.3.lit.A.Pereira dec.74.n.4 & seqq.Hermos.in d.l.64.n.28.Gusm.Mangil.su.*

Actio quanto minoris prætoria durat spatio vnius anni, sed ciuilis est perpetua, *Cyriac. contr.54.nu.20.& seqq. Antonell.d.c.31. num.5.* sed *Hermosill.in l.65.nu.15.& 16.* dicit actiones redhibitorias pro seruis, iumentis, pecoribus, & alijs rebus animatis, aut inanimatis, quę sunt frangibilia, & corruptibilia spatio sex mentium, quanto minoris intrà annum vtiles. Et actiones ex empto, quæ pro prædio pestiferes herbas producente, & alijs rebus soli, pro tigno, & libris vitiosis, & alijs rebus, pro quibus datur actio, quæ non facile corrumpuntur sunt perpetuæ, facta distinctione scientiæ, vel ignorantiæ, *Herm.sup.Gusm.nu.48.Mangil.*

Annus prædictus currit à tempore scientiæ, *Antonell.sup.num.7.8. Hermosill.in lib.65. num.17.Gusm. Mangil.sup.*

Sed si venditor agat contra emptorem actione ex empto ante lapsum sex mensium, ad pretium, & emptor excipiat de vitio rei, secus est, nam transactis his terminis auditur, & exceptio perpetuabitur, *Caball. de ædilit. edict.c.2.num.44. Pereira dec.74.nu.19. Gusm. qu.61.nu.38.Mangil.sup.* De redhibitoria diximus *sup.hic vers. Actio redhibitoria.*

Si post venditionem superueniat notitia alicuius seruituris debitæ rei venditæ, ob quā redderetur maioris æstimationis augendum erit pretium, quanto pluris emptor emisset, sicut diminuendum esse, si detegeretur aliqua seruitus debita à re vendita, *Gratian.disc.361.nu. 8.9. Antonell.d.c.31.num.9. D.Marcian.disp.92. lib.2.* vbi tota materia, quanto minoris, aut totalis interesse.

Redhibitoria locum habet non solum pro rebus soli, *l.ad sciendum 63.ff.de edilit.edict.Cyriac.contr.55.nu.60.* Et *num.seqq.* dicit quod nō datur tantum pro vitio intrinseco ipsius rei, sed etiam si quid dictum, aut promissum sit, quod non obseruetur, per *l.1. §. quod si mancipium, ff.de edilit.edict. Hermosill.in d.l.64.nu.41 & seqq.* vbi dicit extendi ad contractum permutationis, ad dotionem insolutum, ad dotem, locationem, donationem. Et *in l.65.gl.1.nu.4.* dicit dari hanc actionem in rebus immobilibus vitiosis, si fundus venditus tunc producebat herbas pestiferas, secus si post ex facto emptoris. *Mangil.d.q.24.nu.45.*

Equus, siue aliud animal, quod moritur intra triduum, præsumitur mortuum ex morbo, quem habebat tempore venditionis, quando moritur ex causa occulta, quę est in visceribus, & intestinis, nec appareat aliquo modo liuor exte-

exterior manifestæ suspicionis, & ideo debet condemnari venditor ad restitutionem pretij, vt diximus *sup. vers. non obtinet*; *Addimus Ripa de peste tit. de remed. ad curand. pest. c. 7. nu. 141. Cabellin. de edilit. edict. cap. 2. nu. 26. Gusm. sup. n. 22. 23. Mangil. n. 25. & q. 200. n. 89.* Et Neapoli est consuetudo non scripta, quod si animal moriatur infrà 40. dies, & demonstret aliquem morbum, non superuenientem, venditor tenetur ad refectionem.

Competit redhibitoria contra vendentes, permutantes, & eorum successores, *l. cum autē §. hæ actiones; l. si tamen, §. adiles, ff. de edilit. edict. Hermosill. sup. nu. 17.* Etiam si venditor sit pupillus, vel *Resp. l. 1. §. illud ff. de edilit. edict.* Et contra fideiussorem venditoris, *Hermosill. sup. num. 18. seqq.*

Competit si domus malum aerem habet, aut in qua serpentes nascuntur, *Caballin. de edil. action. c. 5. nu. 5. Acacius rubr. 6. de morb. considerat. in rebus inanimat. c. 6. Hermosill. in d. l. 65. gl. 1. num. 4. Mangil. q. 24. n. 45.*

Idem si in constructione parietum, vel tectorum aliquod vitium occultum habeant, vt si extrà ex lapidibus constructa esse appareāt, & intus sint terrenæ, vel quid simile, & de vendente Tigna, dolia, & alia vasa, *Hermosill. sup. num. 4. Scacc. de commerc. §. 7. gl. 2. à num. 74. & 96.*

Verum casus, in quibus venditor redhibitione non tenetur sunt quando venditor vitium, vel morbum rei venditæ emptori clare, & specifice manifestauit, *l. 1. vt. §. 1. ff. de edil. edict. l. quæritur 14. §. si venditor ff. eod. Gomez lib. 2. var. c. 2. nu. 48. Caball. de edilit. edict. cap. 2. num. 10. Morla empor. tit. de contrah. empt. in proem. nu. 43. Capoll. in d. l. quæritur, §. si nominatim, Hermos. l. 66. gl. 1. n. 1. Mangil. d. q. 25. n. 6. 8.*

Secundo, quando morbus erat manifestus, & patens, vt quia equus erat cæcus, vel claudus, vel alium morbum similē habebat, *l. quæritur, §. fin. l. si tamen 48. §. ædilitijs, ff. de ædilit. edict. l. apud Celsum, §. item labeo, ff. de doli mali, Surd. dec. 146. num. 1. 2.* vbi *Hodiern. & Censal. Morla d. nu. 43. Pereira dec. 74. nu. 30.* Secus si ex morbo amisit lumen, sed non oculos, nam tunc non est morbus patens, *Hermosill. sup. num. 2. Mangil. sup. nu. 23. Gusm. n. 19.*

Limita 1. nisi emptor supinè ignorauit, & venditor morbum sciebat, & eum non certiorauit, quia tunc dolus venditoris præponderat culpæ emptoris: *Caballin. d. c. 2. nu. 23. Surd. dec. 265. à nu. 18. & dec. 146. num. 10. & 21. & seqq. Thor. in comp. dec. verb. equus venditus, in fine.* Et si signum sit euidens, alias secus, nam si est euidens emptor debebat scire, quod omnes sciebant, *Thor. sup.* maxime si emptor in proprijs negotijs erat diligens, *Cabellin. sup. num. 23. Pereira d. dec. 74. nu. 30.* Vel quando ille ligatus venalis in foro fuit expositus, *Surd. dec. 145. nu. 15. Hermosill. sup. nu. 3. & seq.*

Limita 2. Nisi emptor, qui videt, aut scit animal esse morbosum, aut fugitiuum stipulatur sanum esse, vel non fugitiuum, quia tunc contra venditorem, non obstante, quod de morbo fuit certioratus poterit agere ad interesse, *l. apud Celsum, §. item labeo, ff. de doli except.* vbi de seruo fugitiuo, *Surd. cons. 15. nu. 17. seqq. & dec. 265. nu. 20. Hermosill. sup. n. 6.*

Tertius casus est quando venditor seruum, equum, vel aliud quid vēdidit hoc pacto adiecto, quod non vult teneri de certo aliquo vitio, vel causa, *l. quæritur 14. §. venditor, ff. de edilit. edict. Roman. sing. 387. Alex. cons. 14. num. 5. vol. 5. Corn. cons. 81. vol. 3. Surd. dict. dec. 146. num. 9. Diana tom. 6. tract. 3. res. 112.*

Limitā si venditor sciebat vitium, quod excepit, & de eo emptorem non certiorauit, nā non obstante, quod de speciali vitio dixit, quod volebat teneri, actio emptori datur, *Surd. cons. 36. num. 16. Capoll. in d. l. venditor num. 10.* vbi hoc verius esse putat, & limitat *d. gl. 1. l. libertus, ff. de euict.* quando venditor aliquem morbum excepit, vel aliquam causam euictionis, & certiorat emptorem de dicto morbo, vel casu *Hermosill. nu. 7. 8.* vbi explicat. *Mangil. d. q. 25. nu. 5. Gusman. sup. n. 17. 18.*

Quartus casus est, quando generaliter venditor dixit: se nolle teneri de aliquo vitio, vel morbo, *Herm. n. 9.* secus si ipse scit, *Mangil. n. 5.*

Limita 1. Nisi venditor vitium, vel morbū sciebat, nam tunc non obstante dicto pacto, emptori actio redhibitoria datur, nam generalis pactio venditori vitium ignoranti tantum prodest, *Herm. sup. n. 10. Gusman. d. q. 61. n. 17. 18*

Limita 2. Quando vendēs equum, vel aliud animal asseruit illud sanum esse, & dixit nolle teneri de aliquo vitio, nam si postea appareat vitiosum esse, pacto non obstante venditor tenetur, *l. 1. §. vendita.* & ibi, *Bald. ff. de action. empt. Thor. in comp. dec. verb. equus, Hermosill. sup. nu. 10. Gusm. Magil. sup.*

Limita 3. Quando venditor dixit equum morbosum, & vitiosum esse generaliter, & quod eum vendebat cum omnibus vitijs, & morbis suis: Vel si dixit: vendo equum, qui est male sanus, pro cæco, pro claudo, & qui dolet ante, & retro, & est totus plenus vitijs, & nolo teneri de aliquo. Vel si interrogatus ab emptore, si erat morbosus, aut vitiosus, vel si non interrogatus venditor dicat: iste equus habet lumina effossa, est lunaticus, & recalcitrosus; Vel vendo equum eum cæmorosum, nam tunc si equus aliud vitium, vel morbum patiatur, etiam ex his, quæ inter alia expressa fuerunt per venditorem, contra eum emptor agere poterit, qui fuit vsus dictis verbis, causa decipiendi emptorem, *Gomez var. lib. 2. cap. 2. nu. 49. Corn. cons. 81. lib. 3. Caball. de edilit. edict. c. 2. nu. 2. 4. 7. Surd. cons. 13. num. 34. & dec. 146. nu. 22. Caroc. dec. 46. num. 23. Thor. d. verb. equus Mexia in pragm. taxæ panis concl. 6. nu. 7. Morla in empor. 1. p. tit. 8. de contrah. empt. in præmiss. nu. 43. Gusm. de euict. qu. 61. num. 24. Hermosill. sup. num. 11. Mangil. d. q. 25. nu. 5.*

Ad obtinendum in hoc iudicio requiritur, quod

quod emptor probet ante venditionem, rem morbosam, seu vitiosam fuisse, & post venditionem morbum, seu vitium durare, alias succumbet, *l. 1. §. si quid autem, ff. de ædilit. edict. l. 54 l. quæro 58. §. fin. ff. eod. l. si apud 3. C. de ædil. act. Mascard. conclus. 686. nu. 2. 3. Gomes sup. verb. ad de tamen, Surd. sup. nu. 4. Morla nu. 42. Pereira dec. 74. nu. 33. Hermosill. sup. n. 13. Mangil. sup.*

Nisi pacto venditor seruum in posterum fugitiuum, seu vitiosum non fieri teneri promisit, quamuis impossibilis videatur promissio, ex ea tenebitur, *l. si apud 3. C. de ædil. act. Pereira dec. 74. nu. 33.* Nec sufficit probare seruũ morbosum fuisse, aut vitiosum, nisi tempore venditionis fuisse vitiosum probetur, quia non habetur ratio morbi, vel vitij, quod antea fuit, si modo sanum tunc fuisset, *l. 1. §. fin. ff. de ædil. edict. l. quod ità, ff. eodem. l. imperiales. §. si similes, C. de recept. c. ferrum 50. dist. D. Gregor. syntagm lib. 25. c. 21. n. 14. Hermosill. sup. n. 14.*

Morbum, vel vitium tempore venditionis esse probabitur, si ante venditionem, & nunc esse probatur, quia præsumitur medio quoque tempore continuasse, *Surd. cons. 86. num. 29. & dec. 146. nu. 16. Hermosill. sup. n. 15. Mangil. sup.*

Modus probandi morbum est per Medicos, & Marescalcos, qui videant seruum, vel animal mortuum, & intestina eorum inspiciãt, si sunt mortui per morbum antiquum, aut modernum, *l. quæritur 14. §. item de eo. l. qui clauum, in fine, ff. de ædilit. edict. Mascard. concl. 92. 616. nu. 4. 5. & concl. 633.*

Venditor etiam per eosdem Medicos, & Marescalcos probabit non ex morbo antiquo, sed ex superuenienti post venditionem, animal obijsse, vel quod comedit herbas venenatas, vel quia nimium iter faciendo, fuit oppressus, *Mascard. d. conclus. 633. num. 4. 6.* Vbi dicit quod allegati equum mortuum propter herbam malam, incumbit onus probandi, *Hermosill. nu. 18.*

Seruum fuisse fugitiuum, & alia vitia, & morbos, quæ apparentia sunt, testibus probari possunt, *Mascard. conclus. 5. n. 3. 4.*

In dubio si duo testes deponunt equum esse vitiosum, & duo quod non, in fauorem redhibentis iudicandum est. *Lopes in gl. 4. l. 40. tit. 16. p. 3. Valasc. de iure emphyt. q. 6. nu. 18. Hermosill. sup. nu. 22.* Alia de huiuscemodi probatione, *Mascard. concl. 92. 616. 633. Cald. de modo articul. à nu. 707. Mangil. Gusm. sup.*

Competit si vitium animi sit ad mixtum corporali morbo, *Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 256. nu. 40. Mandos. in reg. Cancell. reg. 10. nu. 7. q. 3. Tusc. lit. M. concl. 294. nu. 1. 7. & concl. 259. Farinac. in fragm. verb. mixtum nu. 260. 261. & à nu. 219. vsq; ad nu. 281. Hermosill. d. l. 64. n. 25. Mangil. de euict. q. 25.*

Competit in seruo fugitiuo, & erroneo, quæ vitia, & si sint animi, de eis tenetur venditor, *l. 1. § aiunt ædiles, l. ob quæ vitia 4. §. animi autem,* & ibi *gl. verb. excipiuntur, l. quis sit fugitiuus, ff. de ædilit. edict. Morla in empor. 1. p. tit. 9. de contrah. empt. in proem. nu. 43. Pereira dec. 74. n. 26. Gomez lib. 2. var. c. 2. n. 48. seqq. Molina de Iustit. tract. 2. disp. 353. Hermosill. sup. nu. 26.*

Competit in seruo fure, *gl. in l. aiunt, ff. de ædilit. edict. gl. in l. bouem, ff. eod. Morla sup. nu. 43* si vendens sciebat, *Pereira d. dec. 74. nu. 26. 27. Hermosill. nu. 27.* Quid si asserat, & promittat illum non esse furem, *Ciriac. contr. 85. Seneca lib. 7. contr. 6.*

Non omnes morbi, nec omnia vitia redhibitioni locum faciunt, *l. ob quæ vitia 4. §. idem ait l. Pomponius, ff. de ædilit. edict. P. Gregor. syntagm. lib. 25. c. 21. nu. 4. Caball. de ædilit. act. c. 2. nu. 1. Campeg. de testam. reg. 422. 1. & 2. fall. Mascard. de probat. conclus. 615. num. 12. Accius de priuil. infirm. rubr. 4. c. 4. à nu. 7. & nu. 16. Bonac. de equo quæst. 143.* Et licet pro vitio minimo actio redhibitoria non detur, *Mangil. sup. num. 25. 34. Gusm. sup. num. 11. 12.* tamen datur pro re minima vendita, vt pro gallina, vel cane, *Hermosill. l. 65. gl. 1. nu. 7.* Vbi dicit etiam, quod morbus, seu vitium, pro quo redhibitoria conceditur, talis esse debet, quod rei emptæ vsũ, & ministerium deteriorem faciat, vel illum impediat, *d. l. 1. §. sciendum §. proinde,* & ibi *Capoll. à nu. 34. ff. de ædilit. edict. Caball. d. c. 2. nu. 15. Mascard. sup. num. 11. 12. Trentacinq. var. res. lib. 3. tit. de empt. res. 11. n. 4.*

Actio hæc non datur pro iuribus incorporalibus, *Campeg. de testibus reg. 422. fallent. 3. Hermosill. in l. 65. gl. 1. n. 6.*

Redhibitione facta res redhibita cum fructibus reddi debet, & omnia in Integrum restituuntur, perinde, ac si emptio, aut venditio nõ interuenisset, *l. ædiles etiam 25. §. item sciendum, l. cum autem 23. §. cum redhibetur, l. quod si nolit, §. fin. ff. de ædilit. edict. Sesse dec. 31. nu. 22. Scacc. de commerc. §. 1. q. 1. n. 482. Cauall. q. 763. nu. 22. Hermos. in d. l. 65. gl. 5. & seqq. n. 2. Mang. q. 103.*

Et vltra fructus emptor rem restituendo, tenetur etiam omne id, quod venditioni accessit, & quod occasione rei percipit, vel quod dolo eius factum est, quo minus perciperet, restituere, & si res sua culpa deterior facta est, damnum resarcire debet, *l. ædiles, §. pedius, §. idem sciendum, l. 1. §. si quid autem, ff. de ædilit. edict. Hermosill. sup. Mangil. sup. Gusm. q. 21.*

Venditor emptori pretium, quod ab eo accepit restituere tenetur, *l. debet autem 17. l. illud sciendum, l. plura, l. cum in ea causa, ff. de ædilit. edict.* Et etiam omne damnum, quod ex re vitiosa contingit emptori, *l. 1. C. de ædil. act. l. cum autem 23. §. Iulianus, ff. eod. l. 17. §. cum autem l. 63. ff. de furtis.* Et vsuras pretij, & sumptus, quos rei vẽditæ causa fecit, maximè si emptor fructus restituit, *Hermos. sup. n. 3. Mangil. q. 26.*

Et etiam illud, quod mediatori, & proxenetæ soluit ex necessitate, secus si voluntariè, *Straccha de mercat. tit. de proxen. nu. 2. Tiraq. de retract. lign. §. 29. gl. 4. num. 8. Gratian. disc. 343.* vbi etiam *Luca nu. 11. & seqq. Mangill. de euict. qu. 28.*

qu.28.n.1.seqq. vbi tota materia, *Hermosill.sup. nu.4.* Verum si dolus *proxenetæ interuenit, ei datum ab eo repetere potest, *Gratian.disc. 343.nu.14.seqq.Mangill.sup.nu.6.*

Expensas, quas emptor ante litem contestatam fecit, nominatim libello petere tenetur, exceptis his, quas in cibarijs serui emptor erogauit, *l.item si serui 30.§.quas expensas, ff.de adilit.edict.* nam seruus, & animal sibi seruiuit, *Acius de priu.infirmit.rubr.5.cap.5.num.24.* vbi quod ille, qui vult redhibere equum morbosũ, prius id omne, quod ex illo percepit, offerre debet, cum *Bonacos tract. de equo qu.135. Hermos.sup.n.5.Mangill.de euict.q.25.n.29.& q.26.*

Si vitium non dum appareat, sed suspicio sit subesse, agi potest emptor, vt cautionem præstet, vel redhibere patiatur, *l.si venditor, l. quod si nolit, §.qui mancipio, ff.de adilit.edict.* si emptor equum ligauit ad domum venditoris, & venditor eum videns, & posse perire ob frigus, vel furari, recipiat in domum, videtur agnouisse redhibitoriam, *Caballin.d.c.2.nu.55.* sed consuluit sanius esse illud reducere ad emptorem, vel ducere ad Iudicem, vel protestare antequam in domo recipiat coram testibus recipere, nè pareat, *Gusm.de euict.qu.61.nu.54. Hermosill.sup.nu.6. Mangil.q.25.26.*

Differentia est inter emptorẽ, & venditorẽ, quod si emptor venditori non præstet, quæ præstare debet, non potest ei emptor condemnari, sed si venditor quod debet non præstat condemnabitur ex cepto damno, quod emptor sentit; & eo, quod pro seruo expendit, & non tenebitur hominem restituere, nisi ei indemnem præstet, & vti potest retentione, *d.§.illud sciendum.* Et si nolit rem venditam accipere venditor euitabit præstationem damnorum, non verò pretij, ad quod condemnabitur, ex *l.quod si nolit 31. in princ.ff. de adil.edict. Hermosill.sup.nu.8.*

Rescissa venditione per actionem redhibitoriam, fiscus non tenetur gabellam à venditore solutam restituere, *Parlador.lib.1. quotid. c.3.§.5.nu.2.3.Lassart.de decim.vend. c.14.num. 10.Girond.de gabell.5.p.§.vnic.nu.19.20. Garz. de expens.c.18.nu.53.54. Guttier.de gabell.q.11. num.1.Mangil.de euict.qu.26.num.22.& qu.25. nu.27.* sed emptor illam repetit à venditore, *Mangil.ibid.Hermosill.sup.nu.10.*

Si venditor non vult reddere pretium conuentum hac actione, condemnatur induplum, per *l.redhibitoria actio, ff.de adilit.edict.* Et iuratur in litem contra eum pro pretio, & accessione, quia est arbitraria actio, *Menoch.de arbitr.lib.2.qu.5.nu.25.Caroc.dec.107.n.16.*

Si emptor redhibitoria agat, & in hoc Iudicio non obtinuerit, actionem quanto minoris exercere non prohibetur, si intra annum sit, *l.48.§.non nocebit, ff.de adilit.edict.* Couar.*in reg. possessor p.2.§.11.nu.5.Viu.opin.lib.5.tit.5. num. 45.Valasc.de iure emphyt. qu.6.nu.18. Mascard. conclus.616.nu.12.Gusm.qu.61.n.58.*

Hæc actio, & hoc edictum durat etiam re mortua, & emptori datur hæc actio, *l.quod si nolit, §.idem ait, & §.si mancipium 10. & §.in his 20.l.ædiles, §.1.l.si hominem, ff.de ædilit. edict. Morla in empor.Iur.tit.de contrah.empt. in præmis.nu.44.Parlador.quotid.differ.56.nu.4.*

Secus si culpa, vel dolo emptoris, vel eius familiæ res empta perijsset, nam tunc nisi venditor vellet pati, quod agatur redhibitoria, emptor, & si res fuisset morbosa, agere non potest, post *gl.Rip. &* Caphal. dicit *Hermosill. sup.num.27.Mangil.q.34.n.26.*

De qua culpa emptor teneatur variæ sunt opiniones Iurisconsultorum *in l.ædil.& 24.§. Pedius ait, ff.de ædilit.edict.* alij de dolo, & culpa, alij de leui, alij de leuissima, sed quod emptor de lata culpa non teneatur, *Hermosill.su. n.28.seqq.* vbi late de hac conclusione. *Mangil. qu.104.nu.18.*

Competit etiam actio redhibitoria quando quis aliquid adesse, vel abesse firmauit in seruo, vel animali, propter quod emptor facilius inductus fuit ad emendum, si abest, vel adest *P.Gregor.syntagm.lib.25.c.21.nu.10.11. Pereira dec.74.num.15.Mangil.d.qu.25. Gomez var. lib.2.c.2.nu.48.Ricc.collect.2906.*

Hæc actio item datur, si quod ita venierit, vt si displicuisset, redhibeatur, *ex l.quod si nolit 31.§.si quid ita ff. de adilit.edict. l. si conuenit.6. ff.de resc.vendit.l.si prædium, ff.de ædilit.edict.* Si certum tempus, intra quod, si displicuisset, definitum sit, conuentio seruando est, etsi in perpetuum, quod redhiberi possit, actum sit; sed si de tempore nihil dictum sit infra 60. dies vtilis emptori competit, *Pereira d.dec.74. nu.16.Gusm.qu.61.n.31.Mangil.q.25.*

Competit etiam si Iumentum optimè ornatum videns, ornamenta emptori non tradiderit, *l.1.l.ædil.aiunt, §.vendendi autem, ff.de adilit.edict.* Vbi hoc ità accipiendum Iuriscõsultus dicit, si vendendi causa ornatum ductũ sit, *Gomez tom.2.c.2.nu.15. Surd. &* Cersul. *& Hodiern.dec.134.nu.6.7.Mantica de tacit.lib.4. tit.9.n.16.Hermosill.l.30.gl.1.n.8. & l.66.n.33.*

Sic emptor pendente lite venderet equum, quem morbosum esse dicebat, videtur renunciare liti, & actioni redhibitoriæ, *l.filius, ff.de minor.l.quæsitum, § fin.ff.ad l.Iul.de adulter.Caballin.de ædilit.edict.c.3.nu.11.* Vbi etiam dicit, quod si emptor non dum soluto pretio cognouerit equum esse morbosum, & sciens hoc soluerit pretium, videtur renunciasse redhibitoriam, *Gusm.d.qu.61.nu.63.*

An, & quando competat Actio redhibitoria, & quantominoris, & an possit illis renunciari, disputat *Gallerat.de renunciat.tom.2.cent. 2.renunc.109.& 110.Mangil.de euict.qu.24.25. 26.200. Parlador.lib.1. quotid.c.3.§.5.Gusm.de euict.q.61.Castejon.verb.emptio.nu.44.Faber.decad.94.err.6.Cyriac.contr.54.55.273. Donad.de renunciat. tom.2. cap.37. Idem Ciriac. contron. 278.457. Diana tom.6. tract.3.res.112. Sabell.*

§.venditio Cald. de emptione, & vendit.

164 Rescissio contractus potest peti, vel ob læsionem in pretio, putà in venditione, si adsit læsio vltra dimidium iusti pretij, vigore *l.2.C. de rescind.vendit.* vel in minore alienante, læsio infrà dimidium. Diximus *sup. Pinell.in d.l. 2.Couar.lib.2.var.cap.3.4. Menoch.de arbitr.cas. 194.num.44.Canall.qu.447.508.510. Farinac. dec.59.p.1.Sarmient.lib.7.select.cap.12. Rodriq. de reddit.lig.1.qu.11. Barbos.in l.8.§.si fun.num ex nu.31.ff.solut.matrim.Mattienz.l.1.tit.11.lib. 7.recopil.Gomez var.lib.2.cap.2.nu.22. Ayora. de partit.3.p.qu.1.ex nu.24.* Cened. *collect.158. Tusc.lit.L.conclus.192.seqq. Gusm.de euict.qu. 11.ex nu.28.Castill.lib.2.contr.8. & lib.4.contr. 52.ex nu.38. Hermosill.in l.56.tit.5.p.5.gl.4.& seqq. Noguerol. alleg.18. ex nu.62. Pareja de instr.edit tit.1.res.2.§.2.n.72. Scacc.de commerc.§. 1.q.7.p.2.ampl.10.Larrea dec.68.Idē Gant.var. p.2.cap.5.num.155.* post hos, & alios *Ayllon.ad Gomez d.cap.2. num.23. Baron.de effect. minor. ætat. eff.1.num.669. & seqq. Olea cess.iur. tit.4. quæst.3.* Conciol. & *Romaguer. ad statut. Eugub.lib.2.rubr.58. Sabell.§.læsio num.7.seqq.Vrceol.in appendic.ad consult.3.n.35. Idē Tusc.lit.L. conclus.193. D.Scoppa ad D.Merlin.contron.57. n.7.lib.1. Franch.& Addentes dec.247. Gratian. disc.823.n.38.disc.824.nu.41.seqq.* Et alij *sup.cit.*

165 Vel per non adimplementum contractus ex parte contrahentis. Quod potest accidere, vel de Iure, vel ex pacto, de iure, puta in contractu emphyteutico, ob Tria, si non adsint pacta in contrarium, aliàs possunt esse alia, Primo, nam si emphyteuta non soluit canonem conuentum, per biennium in contractibus ecclesiasticis, per *tex.in c.potuit de locato, auth.qui rem C.de Sacr.Sanct. Eccles.* & per triennium, in secularibus, ex *l.Secund.C.de Iure emphyteu.* cadit à Iure suo, & sic dominus directus, potest agere ad rescissionem contractus, cum per talem non solutionem, emphyteuta cadat in commissum, itaut dominium vtile cum directo consolidetur, post *Corb. Radoan.Clar. & Rota Rom. Fulgin.de iure emphyt.tit.de solut.Canon.* vbi totam materiam declarat, *Muntica de cacit.lib.11. tit.9. nu.1. Molina de contract.disp. 374.in princ.& 328.in princ.Roder.de ann.redd. lib.2.qu.2.num.24.25. Fab.de err.pragm.dec.21. err.1.Gait.de credit.c.4.nu.1000.1102. Merlin. de pignor.lib.4.qu.123.nu.1. D.Hodiern.contro. 1.nu.34.seqq.Gizz.ad Capyc.Latr. dec.30.num. 17.Sabell.§.emphyteusis num.49. Vin.opin.238. seqq.Gratian.disc.36.378. Altograd. cons.16.lib. 1.Tusc.lit.E.conclus.192.196.seqq.*

166 Quamuis non adsit pactum, nam hoc ex natura emphyteusis venit, *Fulcia.d.qu.1.nu.2. Cyriac.contr.266.*

Et licet aliqui velint; quod si emphytheuta promiserit cum Iuramento soluere Canonem certis statutis temporibus, puta singulis annis, & cessauerit, cadat à Iure suo, non expectato biennio, aut triennio, *Feret.caut.20.Gratian. disc.19.nu.9.Serafin.priuil.84. Macerat.res.62. lib.1.Fulgin.tit.de var.cadut.qu.1.nu.44.& de solut.qu.1.nu.35.seqq. Diana p.10. tract.16.res. 56.* Tamen in contrarium est veritas magis æqua, licet prima sit communior, *Clar.§.emphyteusis qu.8.nu.2. Couar.in c.quamuis pactum §.4.nu.5.de pactis in 6. Sabell.§.emphyteusis nu.49 vers.contrarium tamen.* Vide *Infrà nu.231.*

167 Imo Dominus directus, si emphyteuta non soluat Canones per triennium, vel biennium, vt *sup.* potest rem illam datam in emphyteusim, capere propria authoritate, & alteri concedere, non citato possessore, *Palma alleg. 79.lib.1. Andreol.contro.421. D.Hodiern.contr. 1.nu.29.* Vbi maximè si adest pactum, ex *Muntica de tacit.lib.22.tit.2.nu.1.seqq.*

Licet contra dicat *Gizz.ad R. Capyc.Latr. dec.120. nu.3.* & sic vt requiratur sententia declaratoria, *Rom.singul. in l.2.num.34.de duob. reis. Affl.dec.97. Menoch. de adipisc.remed.5.nu. 77.seqq. Muntica sup.* Gratian.disc.56.nu. 20.seqq.Magonidec.flor.76.num.24. Trentacinq. var.lib.3.tit.de iure emphyt.res.4.nu.1.2. Idem Hodiern.ad Surd.dec.29.nu.2. & d.contr.1.num. 32.seqq.Idem Gratian.disc.378.nu.25. disc.654. 913.nu.31.Vrceol.consult.33.cum addit.in fine lib.2. Fulgin.de iure emphyt.tit. de var.caducit. q.1.& de solut.Canon.q.16. Franch.dec.163.nu.4. Tonnat.resicivil.119. num.22.seqq. Ritt.collect. 1804.Sabell.§.emphyteusis nu.57.Vrceol.consult. 33.Rota par.10.rec.dec.29.73.165.& p.13.dec. 319.Sperell.dec.71.nu.43.seqq.Ludouis.dec.105 Cald.cons.2.Conciol.ad stat. Eugub.lib.2.rubr.76. nu.125.seqq. Valaplana,Illustr.feud.vers.8.seqq. fol.357.seqq. Tusc.lit.E. concl.190.191. Diana p.10 tract.16.res.58.Christin.dec.107.nu.7.vol. 1.Iouins de solemnit. in contr.minor.gl.11.§.11 nu.154.Gobius consult.77.nu.5.25. Ritt.collect. 3031.* vbi an ex pacto, *Molina disp.453. Diana tom.6.trac.3.res.198.Pereja de instr.edit.tit.5.qu. 12.n.11.& tit.8.res.1.n.22.Pac.de loc.c.55.n.14*

Sed sicut emphyteuta potest purgare morã ex *tex.d.c.potuit de locat.* Ità eius Creditor, soluendo census decursos, ad conseruationem sui iuris, ne res emphyteutica declaretur deuoluta, *Giurba dec.91.nu.6.Reg.Sanfel.dec.114. 1.* Qui limitat *num.3.4.* quando est executa sententia deuolutionis, *Gizz.ad Capyc.Latr. dec. 30.nu.17.18.* De qua *infra num.231.seqq.num. 315.& seqq.* vbi de purgatione moræ.

Secundo, ob alienationem factam irrequisito Domino, si non est pactum in contrarium, nam si non est pactum in contrarium, Dominus debet requiri si velit emere pro tali pretio reperto, & expectandus est per duos menses, & si non velit emere, sed consentire, debet habere pro tali consensu quinquagesimam pretij. Sed si non vult emere, aut consentire, potest emphyteuta vendere personæ non prohibitæ, & si aliter, vel alij vendat, quam liceat, iura sua perdit, *l.fin.C.de iure emphyt. Nos d.qu. 18.* vbi quæ sint personæ prohibitæ, *Caball.*

cons.

*conf.173.lib.1.Clar.§.emphyteusis qu.13.Fulgin. de iure emphyt.tit.de alien.qu.1.tract.de laud.qu.11.Tusc.lit.E. conclus.*207. *Christin. decis.*121. *vol.3.Rota p.9.rec. dec.269.nu.26.seqq. Cald.de emph.tit.de emphyt.extinct.c.1.& seqq.* Secus si alienet: saluo, & reseruato Iure Domini,nec alias,nec alio modo, quamuis sit sequuta ficta traditio, *Cald.sup.c.6. Gratian.disc.633. nu.27. seqq.disc.949. Add.ad Ludouis.dec.388. Vrceol. consult.33.nu.9.seqq.Merlin.dec.871.883. Rota p.9.rec.dec.53.nu.14.p.10. dec.73.nu.10.seqq. p.19.dec.168 nu.12.seqq.Sabell. §.emphyteusis nu.*46.vbi *nu.*58.dicit debere probari alienantem sciuisse rem fuisse emphyteuticam,alias non. Et *ibid.vers.an autem propter*,dicit quod si alienat partem, cadit à parte, non à toto ex pluribus DD. quamuis referat alios, nisi alienet tamquam rem propriam,nam tunc cadit à toto,ex *Ludouic.dec.*219.vbi addit.*Castejon.§.emphyteusis nu.*23.perdit totum *Andreol.contr.*47. *num.vl.*

Nec potest sub emphyteuticare,nec ad longum tempus locare,*Sabell.§.emphyteusis nu.*45 *in fine,Caball.conf.173.lib.1. Nos sup.qu.18.nu.71.470.477.Andreol.contr.90.num.2.Fulgineus de iure emphyt.tit.de alienat.qu.1.nu.75. Gobius consult.105.num.35.Gratian.disc.378.nu.30.31. Caball.conf.156. lib.1. conf.173.eod.lib. Sabell. sup.* *Castejon.sup.Rota post D.Albrit. de inconstantia dec.4.nu.4.*

Non,potest locare ad vitam locantis, vel conducentis,*Nos sup.nu.*80.

Tertio potest rescindi contractus emphyteuticus ob deteriorationem rei, quia emphyteusis significat melioratio, & concessio in emphyteusim dicitur concessio ad meliorandum *DD in l.2.& fin. C. de iure emphyt.* Ideo quamuis non sit pactum meliorandi,intelligitur, & in casu deteriorationis priuatur iure suo,*l.quæro,§.inter locatorem,ff.locat. Nos d.qu.18.num.34.Fulgin.de iure emphyt.tit.de alienat. per totum,& tit.de var.caducit.Sabell. §.emphyteusis num.*43. *Gratian. disc.*152.& ibi *Luca,& dec.*174.vbi *Luca,& Scoppa*, *Castejon.§.emphyteusis.*

Verum deterioratio debet esse grauis,& nó leuis,*Nos d.q.18.nu.442.Magon.dec.Flor.145. Menoch.de arbitr.cas.78. Medic. dec.47. Tusc. lit.E.concl.217.Christin.dec.173.n.33.seqq. vol.5.*Et amittit solum partem deterioratam, *Magon.dec.Flor.19.in fine*, vbi tamen *nu.*8. videtur intelligere,nisi sint simul,& vnico pretio plures res concessæ.

Sunt alij casus caducitatis, seu rescissionis, nempe ob mortem ciuilem, ob renunciationem, ob tempus finitum, ob lineam finitam, & ob alia, de quibus *Corbul. de iure emphyt. Fulgin. eodem Tract. meminit D. Ricc. in praxi tit.6.de resciss.contract.cap.1.Sabell. §.emphyteusis,Castejon.eodem §.*

Verum emphyteusis venit in generali obligatione bonorum, & potest etiam expresse obligari sine domini consensu, cum pignoris obligatio non sit proprie alienatio, quæ hypoteca resoluitur,& extinguitur resoluto Iure emphyteutæ,*Clar.§.emphyteusis qu.18.Cen.de censib.qu.22. Serafin.dec.*1290. *Gratian.disc.43. 88.nu.39.disc.921.nu.8.855.nu.18. Ludouis.& add.dec.388. Fulgin.de iure emphyt. tit. de alienat.q.1.nu.238.seqq. Surd. & addentes dec.286. Franch.dec.226.* & ibi *Luca, Sperell. dec.*120. *Rota apud Farinac.par.1.tom.1. dec.*194. *Vrceol. consult.32.nu.28.Christin.dec.123.vol.3. Rota p.9.rec.dec.170.nu.13.* Card. *Luca de regal. disc.*37. vbi dicit secus esse, si transeat res emphyteutica in Tertium titulo singulari,& *disc.*38 *nu.5. Rota p.17.rec.dec.77.& dec.236. & p.18. dec.523.Sperell.decis.74.99. Castejon. §. emphyteusis.*

Ex quibus censeatur remissa caducitas rei emphyteuticæ,*Surd.dec.*181. vbi *Hodierna,& Censal.Cyriac. contr.*266. Puta per receptioné Canonis à persona legitima, *Reg.Capyc.Latr. consult.75.nu.20.* vbi *D.Alexius. Idem Cyriac. contr.518.nu.22.23.Gratian.disc.303.nu.11.Cyriac.contr.266. D.Albrit.de inconstantia dec.35. num.7.*

Quamuis petat canonem, *Surd. dec.317. Gratian.disc.152.nu.21.Marescot.var.lib.2.cap.138. Blancard.ad Amad.de Ponte de laudem. annot.16.Hodiern ad Surd.d.dec.6.n.11.*

Secus si recipiat cum protestatione, non vt Canonem, sed vt fructus rei suæ, *Manent.dec.52.nu.9. Hodiern.sup.num.14.15. Rota* apud *D. Albrit.sup.nu.10.*

Secus etiam si receperit Canones, sed commissa deuolutio sit ex alia causa, *Menoch.de præs.lib.3.præs.112.nu.11. Cyriac. contrau.260. Censal.ad Surd.d.dec.6.num.11.12.*

Vel ex pacto, nam si pacta facta in contractu emphyteutico non seruentur, resoluitur contractus,*Barra controu.80. nu. 110. Sabell.§. emphyteusis.*

168 Vel si cum sit facta venditio rei stabilis, vel mobilis,habita fide de pretio,infrà certum tempus,pacto adiecto,quod si infra illud tempus non soluatur pretium, vel si non fiat tale adimplementum possit repeti res illa vendita. Nam si pretium non soluatur, vel non fiat adimplementum,hoc casu, vel contractus est resolutus,& data contractus resolutione emptor rem emptam recipere non cogitur,*Alex.in l.si insulam nu.24.ff.de verb.obligat. Caroc. de locato tit.de mora nu.37.& 101.Posth.obs.117.*

169 Vel dicimus, quod cessauit causa finalis dictæ emptionis,& contractus, vel resoluitur, vel saltim rescinditur, *l.tale pactum, §.fin.C.de pactis,l.1.C.de cond.ob causam, l.cum te fundum.* vbi *Bal.Salyc.& Castr. C. de pactis inter empt. Surd.dec.220.nu.19. Suarez in Thes. recept.sent.lit.C.nu.302. Bursat.cons.191. nu.10.seqq. lib.2.Cefal.cons.674.num.67.lib.5. Pedroc.cons. vnic.* quando liceat ab empt. discedere *num.233.& 372.D. Rubeus. tract. de confusione cap.18.*

18. §. 8. nu. 139. 144. 189. 190. Ludouis. dec. 130.

Et quod exceptio non implementi opposita ad effectum resolutionis contractus, tunc post oppositionem non est amplius locus implemento, sed resoluitur contractus, *Corn. cons. 121. nu. 17. lib. 1. Cravet. cons. 192. nu. 22. Surd. dec. 220. nu. 17. cons. 563. nu. 4. Roland. cons. 69. nu. 37. lib. 4. Becc. cons. 45. nu. 38. Graff. except. 13. nu. 59. Gratian. cap. 307. nu. 26. Mantica de tacit. lib. 3. tit. 12. nu. 53. Cancer. var. c. 6. nu. 110. Felic. de societ. c. 36. num. 9. Barz. dec. 15. nu. 110. Martinens. cons. 47. nu. 8. Pacian cons. 77. nu. 61. Costa de re integr. dist. 81. num. 1. Ruginell. pract. cap. 41. nu. 16. Rota bon. diuers. dec. 35. nu. 26.* Ludouis. & ibi *Beltramin. dec. 130. nu. 5. Rota Roman. dec. 362. nu. 4. p. 4. diuers. & dec. 192. nu. 13. p. 5. Idem Gratian. disc. 412. nu. 14. c. 546. nu. 24. c. 853. num. 68. cap. 921. & cap. 944. Andreol. contr. 234. Altograd. cons. 12. num. 25. Costa cons. 52. nu. 6. Ramon. cons. 7. num. 25.* vbi *Balduc. Morot. cons. 6. nu. 23. Manent. dec. 38. nu. 41. Monach. dec. Bonon. 38. Gratian. disc. 944. nu. 27. & dec. 26 nu. 28.* quidquid velint *Idem Gratian. cap. 325. nu. 10. Serafin. dec. 377. 1243. Rota dec. 676. nu. 2 p. 3. rec.* Nam *Serafin. loquitur in d. dec. 1243.* in venditione perfecta per rei traditionem, quo casu multi volunt speciale esse, exceptionem non implementi non posse opponi, ad effectum rescissionis contractus post rem traditã. *Idem* Gratian. *dec. 13. nu. 15. dec. 159. nu. 13. 14. Beccia cons. 45. nu. 35. Ginrb. dec. 113. nu. 8. Idem Serafin. dec. 321. nu. 8. Rota dec. 512. p. 1. diuers. & dec. 59. p. 2. rec. Ramon. cons. 7. n. 21. seqq.*

Et quando non implementum excipiendo, vt diximus, opponitur, tunc sine dubio est locus resolutioni contractus, *Altograd. cons. 12. nu. 25. Costa cons. 52. nu. 6. Rim. cons. 282. nu. 60. seqq. & num. 88. lib. 3. Anguissol. cons. 149. nu. 17. cons. 174. nu. 5. Ramon. d. cons. 7. nu. 25.* vbi quod est adeo certa, & vera hæc declaratio, vt nullus ab ea recedat, sed omnium voto recepta sit, *Morot. cons. 6. nu. 23. Manent. dec. 38. nu. 41. Ant. Monach. dec. bon. 38. Andreol. d. contr. 234. nu. 6. Mangil. de euict. q. 14.*

170 Maxime in rebus venditis, consistentibus in pondere, numero, vel mensura, *Vrsill. & Afflict. dec. 399. Bertazol. de Claus. claus. 30. glos. 6. Affl. dec. 280. Hector. Felic. de societ. cap. 19. nu. 7. Staib. resol 36. 78. Marcian. cons. 37. lib. 1. Ciarlin. contr. 126. lib. 1. Rocc. resp. 93. tom. 2. R. Marinis res. 271. lib. 1. Nos ad Rouit. dec. 53. Donell.* & ibi *Osuald. lib. 16. cap. 19. Signorol. cons. 195. nu. 5. Marta in summa dec. lib. 1. tit. de mora c. 1. Fab. in lib. 6. de coniect. c. 7. Caber. dec. 49. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. 160. n. 3. 10.*

171 Cum in contractu rerum, consistentium in pondere, numero, & mensura, contractus non est perfectus ante ponderationem, numerationem, & mensurationem, *Trentacinq. res. lib. 3. res. 5. ex num. 3. Hunn. lib. 3. var. res. tract. 7. p. 1. qu. 1. & ad Treutl. vol. 2. disp. 2. Thes. 8. q. 4.* nisi in genere venditio facta fuisset, *Mangil. sup. n. 10.*

172 Sed dicitur in contrarium, quod in contractibus nominatis, ob contrauentionem, etiam in substantialibus non est locus resolutioni, sed est agendum, vel ad implementum, vel ad interesse, *l. sicut, C. de action. & obligat. l. inciuile,* vbi *Bal. & Castr.* C. *de action. empt. Achill. Pedroch. sup. nu. 37. Mandel. cons. 626. nu. 4. lib. 4. Dec. cons. 45. Surd. cons. 52. nu. 267. lib. 1. Affl. dec. 280.* decisum refert *Marescot. lib. 1. resol. cap. 90. nu. 3.* aliam decisionem refert *Rouit. dec. 53. Tusc. lit. C. conclus. 995. & seqq. Gratian. dec. 159.* vbi *Scoppa, & Luca, Larrea alleg. 26. Rota p. 11. dec. 300. D. Marcian. disp. 17. 53. nu. 9. seqq. Thomat. dec. 287. Rota p. 14. rec. dec. 519. Vrceol. consult. 53. vol. 2. & 62. 91. 87. Rota p. 2. diuers. dec. 271. in fine, Ludouis. dec. 88.* & ibi *Addit. Castill. de alim. c. 14. nu. 9. seqq. Diana p. 9. tract. 9. resol. 12. Sabell. §. pœnitentia, & §. contractus nu. 5. Ciroc. disc. 45. nu. 72. disc. 53. nu. 77. Cyriac. contr. 582. lib. 4. Manfrell. sup. Sabell. §. contractus nu. 5. Vrceol. consult. 87. nu. 9. vol. 2. Marcian. disp. 17. Tusc. lit. C. concl. 998. Idẽ* Ludouis. *dec. 130. cum addit. Postbius res. 117. Vrceol. consult. 53. tom. 2. Doctissimus Dom. Conciol. alleg. 60. num. 60.*

173 In donatione pœnitentia, vel resolutio non datur, ob non implementum, sed potius intrat actio ad quanti interest, *Cyriac. contr. 55. nu. 68. seqq. & contr. 240. nu. 56. Serafin. dec. 591. nu. 8. 9. dec. 1133. num. 1. dec. 1275. nu. 2. Coccin. dec. 329. nu. 4. Burat. dec. 110. nu. 1. Ciroc. disc. 45 nu. 72. disc. 53. nu. 77. Hermosill. gl. 1. l. 58. tit. 5. p. 5. nu 2. Postius dec. 28. num. 2. Add. ad Ludouis. dec. 88. nu. 10. Add. ad Burat. dec. 460. n. 21. Card. Luca de dotat. disc. 9. nu. 4. seqq. disc. 12. nu. 3. disc. 18. nu. 10. & seqq. disc. 19. nu. 2. disc. 70. nu. 7. Afflict. dec. 180. Rota p. 4. tom. 2. dec. 121. Sabell. §. contractus nu. 5. Antun. de donat. lib. 1. pral. 2. §. 1.*

Maxime quando est perfectus cõtractus per rei traditionem, *Serafin. dec. 1275. nu. 1.*

Nisi aliter sit expresse conuentum, *Coccin. d. dec. 329. nu. 5. Ciroc. d. disc. 45. n. 73.*

174 In donationibus factis Ecclesiæ, vel pio loco, non fit resolutio ob non implemẽtum, sed agitur ad implementum, *Card. Luca de donat. disc. 12. nu. 3. disc. 13. nu. 2. seqq. disc. 25. nu 8. disc. 19. nu. 3. disc. 23. num. 14. disc. 73. nu. 3. Ciroc. disc. 53. nu. 78.*

Secus accedente pacto resolutiuo, *Card. Luca de donat. disc. 11. nu. 4. seqq. disc. 14. nu. 8. disc. 19. num. 3. disc. 23. nu. 14. disc. 73. num. 3. Larrea dec. 40. Antun. sup. n. 102.*

Quando pactum resolutiuum percutere dicatur substantiam, vel potius accidentia, *Card. Luca d. disc. 73. n. 6. & seqq.*

Quo ad donationem factam Ecclesiæ, quod non resoluatur, quid dicendum in concursu cum alia pia causa, *Card. Luca de donat. disc. 23. num. fin.*

Resoluitur etiam facta Ecclesiæ, quando adimplementum respicit substantiam causæ finalis, *Card. Luca de don. disc. 13. n. 3. disc. 23. n. 24*

Inue-

Inuestimentum pecuniæ donatæ pro creatione Cappellaniæ, demandatum intra certũ tempus, cum pacto resolutiuo quid operetur, *Card. Luca de donat. disc. 73. nu. 1. seqq.*

175 Resolutio posita in arbitrio est personalis, & non allegatur per successorem, *Card Luca de donat. disc. 37. nu. 4. & seqq.*

176 Donatio facta pro erectione Ecclesiæ, vel Monasterij, resoluitur, si fundatio non sequatur, vel non habeat vlteriorem progressum, *Card. Luca de donat. disc. 11. cum seqq. de regular. disc. 35. nu. 7. 8.*

Suppresso, vel destructo Monasterio intrat resolutio, *Card. Luca de donat. disc. 12. nu. 2. seqq. de regular. disc. 35. nu. 7. 8.*

177 Purgatio moræ, vel restitutio in integrum datur aduersus non implementum ad euitandam resolutionem, *Card. Luca de donat. disc. 19 ex nu. 4. disc. 12. nu. 7.*

Non datur vbi controuentio concernit personam ipsius donatoris superstitis, secus vbi ageretur de hęrede donatoris præmortui, *Card Luca de donat. disc. 19. n. 6. 7.*

Quod intellige si implementum concernat nudum interesse bursale, secus vbi versaretur in assumptione cognominis, & insignium, quę mortuo donante defererentur, *Card. Luca d. disc. 19. nu. 6. vers. quando.*

178 Vbi mulier remaneret indotata, ob non factum adimplentum, debet admitti, *Card. Luca d. disc. 19. nu. 8. 9.*

Implementum in donatione, vbi est à parte antea, intrat resolutio absq; dolo, vel culpa, secus vbi sit à parte postea, per viam modi, *Card. Luca de donat. disc. 63. nu. 15. Antun. de donat. lib. 1. prel. 2. §. 1.*

179 Resolutio quando sequatur ex cessante causa, seu præsupposito, *Card. Luca de renunciat. disc. 6. nu. 14. 15. de donat. disc. 8. nu. 13. disc. 11. 12. nu. 4. disc. 16. nu. 12. disc. 17. nu. 3. disc. 70. nu. 9. seqq. de fideicom. disc. 205. nu. 3.* Sic si reuocetur ex causa ingratitudinis, aut ex defectu insinuationis, *Sabell. §. hypoteca n. 47.*

180 Donatio facta per viduam resoluitur, ob transitum ad secunda vota, ratione cessantis præsuppositi, *Card. Luca d. disc. 70. nu. 9. seqq.*

181 Facta intuitu religionis resoluitur non facta professione, Card. Luca *de regular. disc. 39. nu. 18. de donat. disc. 16. nu. 12. Torre de pact. fut. success. lib. 2. cap. 25. nu. 12. seqq. Barbos. de potest. Episc. p. 3. alleg. 101. num. 37. & ad Concil. Trid. c. 16. sess. 25. de regular. num. 57. 56. post Menoch. R. Marin. lib. 2. c. 165.* vbi *Luca, Nos ad Rouit. dec. 10. in vl. addit. R. Sanfel. dec. 191.*

Facta per professuram alijs personis, cessat ob transitum ad aliam religionem, *Card. Luca de regular. disc. 39. nu. 8.* Dicemus *Infrà hic.*

Secus si sit facta intuitu primæ religionis, *Card. Luca ibid. n. 9.*

Resoluitur renunciatio facta a Monaco in religione incapaci, si ad capacem reuertatur, ex dispensatione Pontificis, *Molfes. conf. 1. nu. 21. seqq. R. Marin. lib. 2. c. 46. nu. 17. Tamburrin. de iure Abbatiss. disp. 21. qu. 7. n. 2.*

182 Valet pactum irreuocabilitatis, etiam in casu egressus à religione, *Card. Luca de donat. disc. 15. nu. 6.* sed contra tenet *Torre sup. num. 25. seqq.*

Donatio facta à Monaco, seu moniali, Monasterio tempore ingressus, non reuocatur, si Superiorum permissu transeat ad aliam religionem, *Staib. res. 125. 126. Capyc. Latr. dec. 193. Sanfel. dec. 323. Cabed. dec. 163. num. 2. p. 2. Fontanell. dec. 227. nu. 11. seqq.* vbi decisum refert, *Ripol. var. c. 13. nu. 70. Bottilier. theorem. 78.* vbi limitat, *Surd. de alim. tit. 9. qu. 29. Infrà Nos nu. 204. 205.*

183 Religioso egrediente à Religione, occasione Episcopatus, vel suppressionis, resoluitur, *Card. Luca de donat. disc. 15. nu. 10. de renunciat. disc. 17. Donad. d. cap. 25. Genuens. in pract. Eccles. qu. 261. citatus per R. Marin: lib. 2. c. 46. nu. 18. Pascal. de virib. patr. potest. p. 1. c. 3. nu. 98. Episc. Maranta contro. 55. tom. 3. Molfes. cons. 1. & 39. Farinac. dec. 241. Rota rec. dec. 305. par. 2.*

Sed contrarium dicunt alij, *R. Rouit. dec. 10. Castell. de donat. disc. 2. p. 3. nu. 132. lib. 1. Pellicion. qq. Illust. qu. 21. nu. 10.* alijq; citati à *Bottilier. de success. ab intest. theor. 73. Censal. ad Peregrin. de fideic. art. 27. obs. 5. vers. & si tamen, Andreol. contr. 396. Faiard. tract. de Prælat. Regular.* post allegationes fiscales, *Noguerol. al leg. 26. n. 156. Luca de pluralit. legal. cap. 37. nu. 5. Barbos. de pot. Episc. alleg. 114. nu. 20. Argell. de acquir. possess. qu. 3. art. 20. nu. 1062. & seqq.* Vide *Sabell. §. monacus n. 15. 16.*

Alij distingnunt, aut monacus renunciauit hæreditates deuoluendas, quæ erant deuolutæ tempore Episcopatus, & non recuperat, aut non erant deuolutæ, & recuperat, *Barbos. de iure Eccles. lib. 1. c. 42. nu. 242.* vbi decisum refert, *Donad. de renunciat. c. 20. nu. 11. Nouar. in Lucern. regular. verb. renunciatio nu. 19. Ventrigl. in praxi ann. 36. §. 1. Bottilier. d. theor. 73. n. 9*

Vera existente opinione, quod Monachus factus Episcopus recuperat bona donata, quęstio est cui acquirat an Ecclesiæ, cui fuit translatus, vel Monasterio, cui emisit professionem, *Fontanella decisione 227. numer. 18.* remittit se ad *Barbos. sup. Anneum, Robert. var. Iudicat. lib. 4. cap. 3. Martam de success. par. 4. q. 1. art. 4. nu. 1.* Et ibi dicit hunc articulum in Hispania esse indisputabilem, quia spolia Episcoporum sunt *Reu. Cameræ Apostolicæ*, Sed *Luca d. cap. 37. nu. 8.* resoluit, & bene. Aut monacus factus Episcopus acquirit bona de fructibus mensæ Episcopalis, & in eis bene succedit Camera Apostolica. Aut bona erant delata tempore, quo erat religiosus, & spectant ad Monasterium, si sit capax, *Fontanell. d. dec. 227. nu. 2.* Vel sunt bona agnatorum delata Episcopo, & spectant ad Ecclesiam, cui est intitulatus, *R. Rouit. d. dec. 10. num. 10. Andreol. d. contr. 396. nu. 20. Idem Luca ad Gratian. disc. 263.*

184 Soluto matrimonio, donatio resoluitur do-

donante superstite,& caducata remanet, *Card. Luca de feud.disc.13.num.13.disc.25.nu.7.de donat.disc.8.ex nu.13.disc.9. ex nu.2.14.seqq. disc.17.n.2.5.9.de legit.disc.24.n.11.*

185 Vbi contentio sit cum extraneis,secus cũ filijs vocatis, *Card.Luca de donat. disc.9.num.16.17.*

186 Vbi sunt filij ex illo matrimonio non resoluitur, *Cutell.de donat.tom.2.disc.1.spec.5.nu.29.35.Cancer.lib.3.c.2.n.222. Fontanell.de pactis cl.4.gl.28.Nos ad Rouit.cons.15.nu.26.lib.2 D.Theodor.alleg.43.nu.22.seqq.* secus illis non extantibus, *Card.Luca d.disc.8.nu.27.seqq.disc.9.num.16.17.R.Rouit.cons.15.lib.2. & cons.16.nu.14.eod.lib.2.*

187 Vbi substantia donationis collata esset post mortem,intraret caducatio,& resolutio, secus vbi dilata solum esset executio, *Card.Luca de donat.d.disc.8.nu.7.* vbi *nu.4.10.* quid referat,an filij ex eo matrimonio vocati sunt,nec ne. Et *num.19.* dicit esse seruandum pactum resolutiuum adiectum. Ideo præscindendo à pactis, mortua muliere cum filijs, vel sine filiis,succedunt eius hæredes, *Gomez ad l.22. Tauri,* vbi *Tellius nu.19* latè *Cutell.d.spec.5.nu.29.& seq. D.Galeot.contr.21.lib.2. R.Capyc.Latr.dec.81. num.6.* latè *Nos ad Rouit. cons.15. num.24. & seqq.lib.2.*

188 Quæ diximus de reuocatione donationis procedunt respectu illius, qui agit, secus est in reo conuento, *Corn.cons.121.in fine lib.1.& cons.291.in fine lib.3.Mantica de tacit. lib.3.tit.12.nu.53.Altograd.cons.12.nu.25.seqq.lib.1.Ciroc.disc.45.nu.73.disc.53. nu.78. Rota dec.192. nu.15.p.5.rec.Hermosill.gl.1.nu.3.l.58.tit.5.p.5 Giurba dec.100.num.32.Surd.dec.220. num.18. dec.314.nu.17.cons.13.nu.22.23.cons.62.nu.36. cons.563.nu.4.5.Gratian.dec.13.num.3.in addit. & dec.207.nu.29.* vbi Luca, & Stoppa,& *disc.355.nu.1.* quidquid contra dicat *Addit. ad Burat.dec.640.nu.27.*

Sed donatio modalis reuocatur modo non adimpleto, *Hermosill.gl.1.l.6.tit.4.p.5. & gl.1.l.2.28.nu.47.* si modus sit finalis, *Menoch.lib.4.præs.24.cons.134.nu.32.Peregrin.de fideicom.art.11.nu.125.Arias Mesa lib.2.var.cap.4. num.13. Antun.de donat.lib.1.præl.2.§.1.nu.10.* Secus si impulsiuus, nam tunc donatio non reuocatur, sed cogitur adimplere, *Gratian.disc.44.nu.11.* vbi *Luca,Couar.lib.1.var. cap.14. num.6. Surd. de alim.tit.1.q.48.nu.69.* Galganat. *de condit.2.p.c.30.qu. 10.num.10.*Mantica *de tacit.lib.13.c.42.nu.6.Sabell.§.modus. Staiban.res.36.*

Verum pendente rescissione,vel resolutione contractus,ob non implementum, si venditor adimpleat,substinetur contractus, *Gusm. de euict.qu.24. nu.25. Hermosill.gl.1.l.32.tit.5.p.5.num.352.* vel si non stat per adimplere debentem, *Cutell.de donat.tom.2. disc.1.spec.6. nu.24.seqq.Gratian.disc.498 num.43. Mantica de coniect.lib.11.tit.18.nu.37.Molin.de primog.lib.2.cap.13.num.14.Molina Iesuita disp.206.207. Peregr.de fideicommiss. art.16. nu.154. Pascal.de vir.patr.potest.p.1.c.4. num.35. Sesse decis.131. num.13.*

189 Libertas semel data, semper est irreuocabilis,etiam si esset adiecta conditio resolutiua, vel modus, nisi expresse sit adempta in pœnam, *l.1.2.C.si aduers.libert.l.si ex causam §.fin. ff.de adim.legat.l.Imperatores, ff. de manumiss. testam.l.1.C.de his,quæ pœn.nom.*& ibi *Bal.n.18.*

Et quamuis sit libertas adempta in pœnam ineuentu conditionis resolutiuæ,illa conditio resolutiua resoluitur in suspensiuam,vt non competat libertas,nisi secuto implemento,potius quam dici possit, quod semel data possit reuocari, *Rota Rom.dec.464.nu.10.11.inter nouiss.p.1.*post *Paul.& Fulgos.in l.1. nu.6.C.de his,quæ pœn.nom.R.Rouit.dec.4.nu.4.nu.40.41. Baron.de effect.minor.ætat. circa contract.eff.21. nu.15.16.Castejon.in Alphabet. Iuridic. §.libertas,Bouadill.lib.5.polit.c.10. Donell. lib.2.comment.c 10.11.Ricc.collect.2959. Barbos.in l.1.p.2.nu.5.& p.5.nu.60. ff.solut.matrim. Solorz.de Iure Indiar.lib.3.c.7.nu.4.& à nu.64. & lib.1. Polit.c.2.& 4.*

Et libertas propter ingratitudinem non reuocatur, etiam si libertus sit Clericus *c.nullus 4.de seruis non ordin.*

190 Et in contractu venditionis, re vendita non consignata, hoc expressè tenent,quod debeat agi ad Implementum *Pedroc. nu.38. in consil.vnico, R.Capyc.*Latro *dec.160.num.5.& 12.*& ibi *Gizz.& Manfrella,Cancer.lib.3. var.c.7.nu.107.Add.ad Burat.dec.640. nu.31. Aylon.ad Gomez tom.2.resol.8.Rum.ad Affl.de iure prothomis.fol.220.nu.5.Cyriac. contr.682. lib.4. Mesa res.lib.1. c.40.nu.15.20.*Ludouis. *dec.130.nu.2.seqq. D. Ruuens de confus.c.18.§.8.nu.294.* vbi post *Becc. cons.45.* & alios adductos *§.5.* Limitat si rescissio contractus petatur per viã exceptionis, quando non est sequutum adimplementum, *Add.ad* Ludouis. *dec.130.nu.5. Andreol.contr.234.Rota dec.192.num.19.par.5. rec. Comiol.alleg.60.nu.59.61. Add. ad* Ludouis. *dec.130.nu.5.Gratian.disc.307.nu.26.512. num.14. 546.nu.24.853.nu.68.dec.Marth.26.nu.28. Roman.cons.7.nu.25.Rota dec.192.num.15.p.5.rec. Paitell.ad exped.ciuil.7.sui patris nu.35.Cancer. p.3.c.6.nu.110.* Nec est locus rescissioni ob nõ implementum,post rem traditam, *Gratian.dec.159.nu.13.seqq.Giurba dec.113. nu.6. Andreol. contr.234.nu.3.Mangil.de euict.q.24.nu.34.*

332 Sed si compilato processu feratur sententia pro rescissione contractus, & condemnatione ad soluendum quantitates sortis principalis, & ad declarandam rem deuolutam per non solutionem Canonum, absq; præceptis solutionis Tertiarum, aut Canonum, quamuis *Prat. d. discept. 31. nu. 19. & seqq. lib. 3.* dicat sententiam nullam, tanquam contra stylum latā, Tamen contra decisum refert per S. C. idem *Rodoer. d. cons. 16. nu. 48. & 49.* & dicit hoc esse Verius.

333 Non admittitur purgatio moræ quo ad Actorem, *P. Affl. contr. 34. num. 11.* Nec datur purgatio moræ in contractibus nominatis, *Marescot. var. res. 90. lib. 1. Reg. Capyc. Latr. dec. 160. nu. 16.* Diximus *sup.*

Nec purgatur mora semel contracta ex eis, quæ de nouo emergunt, *l. mora ff. de vsuris, Afflict. dec. 370. Franch. dec. 412. Mutius, & Groff. in consuet. si quis, vel si qua; annot. vlt. num. 11. Manfrell. sup. nu. 23.*

334 Mora non purgatur in dispositione hominis facultatem habentis apponendi conditiones rei suæ bene visas, cum tunc dicatur pars contractus, quidquid alias in pœna legali purgetur, sicut etiam secundum veriorem opinionem purgatur, etiam in conuentionali, quando ius partis non est factum deterius, *Gratian. disc. 915. 515. nu. 24. 26. Sperell. dec. 130. nu. 43.* vbi quod in conuentionali non purgatur. Et vbi est pactum non purgandi, *Antun. d. §. 1. nu. 110. Affl. dec. 174. num. 4. Mantic. de Iuram. p. 4. eff. 13. nu. 35. Add. ad Serafin. de iuram. priuil. 88. nu. 23. lib. 3. Ciarlin. contr. 126. Merlin. de pign. lib. 4. q. 123. n. 64. Anton. de temp. legal. li. 4. c. 15.*

335 Quod in contractibus non possit moræ purgari, intellige duobus concurrentibus, nempe certa die, & pœna, vel resolutione contractus, *Antun. d. præl. 2. §. 1. num. 105. Petra ia rit. 173. nu. 12.* Vbi secus de Iure Canonico *Rota apud Scanarol. de visit. in appendic. dec. 22. nu. 7. seqq. Rota p. 18. rec. dec. 453. Iouius sup. nu. 175. Gratian. disc. 307. nu. 44. Pacific. de Salutan. insp. 5. nu. 197. Scanarol. de visit. Carc. lib. 3. c. 5. n. 21. Rota rec. dec. 203. nu. 20. p. 6.* seu adesset clausula. *Et non alias*, vel *ipso Iure, Grat. sup. n. 33. seqq. Antonell. de tēp. leg. lib. 4. c. 3. n. 1. & c. 15.* Vel si debitori sit data electio, & ipsa nunquam facta fuerit, *Pacific. insp. 5. nu. 191. Iouius sup. Antun. d. §. 1.* Diximus *sup. nu. 317. seqq.*

336 Mora non potest purgari post executionē factam, & consumatam per translationem dominij ipso Iure, vel hominis facto per traditionem, sed bene post subhastationem, ante deliberationem, *Gratian. disc. 708. num. 44. seqq. disc. 915. nu. 29. seqq. disc. 921. nu. 23 seqq. Montan. de tutel. c. 18. nu. 21. 22. Add. ad Ludouis. dec. 559. nu. 10. vers. limit. 2. Pacion. de locat. c. 55. nu. 61. seqq. Costa de re integr. distinct. 105. Antonell. sup.*

337 Mora non purgatur aduersus terminum legalem, vel statutarium, nec post monitionem, seu Interpellationem, nec vbi pœna est apposita ipso iure, nec vbi est alteri applicata, vel resoluitur contractus per in obseruantiā, nec de Iure ciuili inter laicos, & in omni casu, quo requiritur celeris satisfactio, *Bardellon. cons. 151. num. 13. seqq. lib. 2. Tusc. lit. M. conclus. 379. Ciroc. disc. 7. nu. 60. disc. 77. num. 4.* vel si ad moram purgandam datus sit vnus terminus, qui sit defluxus, *Iouius sup. nu. 182. Cyriac. contr. 158. nu. 34. Rota rec. dec. 213. nu. 13. p. 5. tom. 1.*

338 Mora purgari non potest, quando est cōmissa in faciendo, nec ad effectum acquirendi nouam actionem, sed tantum ad effectum euitandi pœnam, & caducitatem, nec in alijs casibus sup. positis *Add. ad Ludouis. dec. 559. in fine, Vrceol. de transact. qu. 48. nu. 12. seqq.* Vbi quod in vltimis voluntatibus mora est impurgabilis, etiam de iure Canonico, post ius alteri quęsitum, & acceptatum, *Noguerol. al leg. 11. n. 118. Capyc. Latr. dec. 160. nu. 32. 33. Antonell. sup.*

339 Mora censetur remissa ex acquiescentia alterius partis, cui erat implendum, *Ludouis. dec. 148. Gratian. disc. 301. num. 53. & seqq. Antonell. sup.* vbi latè de purgatione moræ.

340 Contractus factus per procuratorem nomine Domini, promittentem ratificationem domini intrà certum tempus, si ratificatio nō sequatur, contractus ille resoluitur, post *Caballin.* & alios *Mastrill. dec. 150. nu. 15. & seqq. Rota dec. 316.* antè *num. 1. p. 17. rec. Ansald. de commerc. disc. 63. nu. 16. R. Marin. lib. 1. res. cap. 302.* vbi quod non fuit admissa moræ purgatio, *Gratian. discept. 725. nu. 11. & seqq. Nos ad Rouit. cons. 99. lib. 2.*

341 Secus esset si culpa eius, cui promittitur ratificatio, sequuta non fuerit *R. Rouit. cons. 67. nu. 11. lib. 2.*

342 Re-

342 Resoluitur contractus in pacto legis commissoriæ in venditionibus, quod concipitur: *Vt si in tali die, aut tempore pretium non soluatur rei venditæ res committatur venditori*, idest *redeat ad venditorem,& sit incepta*, vt notat *Cuiac. ad tit. de pactis pignor, in fine, Felician. de censib. lib.1.c.6.nu.1. Card. Mantic. de tacit. lib.11.tit.9. nu.2.& 3.*& constat ex *l.3. ff. de contrah. empt. & l.1.& 2. ff. ad leg. commiss. Leotard. de vsuris cap.69.nu.2.& nu.34.& seqq. R. Ponte cons.67. nu.19.lib.1.& cons.131.nu.31.lib.2. Merlin. de pignor. lib.4.qu.123.nu.2. Hermosill. ad l.67.gl.1. nu.5.p.5.tit.5.& gl.7.l.38.& gl.7.l.42. num.10. seqq. Cutell. de donat. tom.2. spec.28.nu.1. Gait. de credito, c.4.qu.8.num.1099. Rimin. iun. cons.281. vel.285.nu.89.90. Corn. de absolut. à Iuram. p.4. cas.20.num.7. Montan. de regal. fol.332. num.12. Tasson. de antef. vers.4.obs.2.nu.54. Serafin. dec. 548.nu.1.*

343 Quod pactum validum est in contractu venditionis,& operatur, vt non soluto pretio possit res vindicari, *Christin. dec.86.nu.3.vol.3. Fagnd. de iustit.& contract. lib.5.cap.45. Sabell. §. venditio num.8. Rota p.21. rec. in appendic. dec. 371.nu.32.seqq. Gibalin. de vniuers. negotiat. tom. 2.lib.4.c.5.art.1. res.142.seq.* Vbi dicit fructus medio tempore perceptos spectare ad emptorem, qui tenetur illos restituere, per *l.5. ff. de leg. comm.* Cum dominium illius rei absq; alia traditione ad dominum ipso Iure transeat, *l. vl. ff. de leg. commiss. Dec. cons.259.nu.7. Peregr. de fideicomm. art.5.nu.16.seq. Antunez de donat. lib. 1. pral.2.§.1.nu.137.* vbi *nu.138.* secus esse dicit in donatione, ob pacta non seruata.

Valet tale pactum in omnibus contractibus, præter in pignore, vt dicemus hic, *l. fin. C. de pact. pignor. Cutell. de donat. tom.2. dict. Special.28.num.1:*

Sic valet in donatione, maxime concepta verbis directis, quæ sententiam, ac decretum irritans important, *l.2.& 4. ff. de leg. commissor.* Vbi alienatione secuta, vel alia conditione non impleta, res non donata intelligitur, sed statim donatoris, vel alterius vocati fit, nulla iudicis sententia necessaria, *Marta de success. p.4.q.22.art.5.num.27. Gaill. de pace publ. lib.2. c.3. Ramon. cons.95.nu.19. Fusar. de substit. q.582. 583. Cutell. dec.28.nu.41.& d. spec.28. num.8.9. Antun. de donat. lib.1. pral.2.§.1.n.32.& seqq.*

Secus in donatione facta contemplatione matrimonij, nam inobedientia viri, non facit damnum vxori, *Cutell. sup. num.4. & spec.7.ex nu.9. ad 12.*

344 Dicta sup. procedūt etiam si pars pretij sit soluta,& adsit pactum, quod si reliquum pretij non soluatur infra certum tempus, res sit inempta, vt constat ex *l. Æmilius 38. ff. de minor. l.4.§.1.& l.6. in princ. ff. de leg. commiss.*

345 Licet *Leotard. d. qu.69.nu.36.* dicat hoc casu, si agatur de amissione pecuniæ solutæ, illicitam esse pactionem, nisi illa pars sit data nomine arrhæ, vel ratione fructuum, quos interim emptor suos facit, vt probatur ex *d.l.4.§.1.* vel alio modo tantumdem venditoris intersit.

346 Et in hac re distinctio est, secundum *Mantica de tacit. lib.4.c.29.num.3.* Aut dictum fuit: *Vendo tibi fundum centum si solueris intra duos menses.* An vero: *Vendo tibi fundum centum, & si non solueris intra duos menses, fundus sit inemptus.* Nam primo casu venditio est conditionalis, & interim pendente conditione vsucapio non procedit, sed posteriori, venditio est pura, quæ tamen resoluitur impleta conditione,& ea pendente vsucapio procedit, *Couar. lib.3. var. c.8. nu.1. Petr. Gregor. syntagm. lib.25. c.17.nu.9. Morla in empor. p.1. tit.9.qu.14. nu.6. Cald. in l. si Curatorem, verb. sua facilitate, nu.40. 50. seqq. Molina disp.378. Casull. l.68. Tauri verb. ciertos, Osuald. ad Donell. lib.16.c.19. Rodrig. de reddit. lib.2.qu.2. Scacc. de commerc. §.1. q.7.p.2. ampl.12.nu.4.& §.2.gl.5.nu.307. & d.§.1. qu.1. nu.503. Hermosill. l.38. tit.5.p.5. Reginald. in praxi lib.25. tract.3.num.297. seqq. tract.7. c.49. nu.597. Facbin. lib.10.c.73. Larrea dec.16.num. 34 dec.42.ex nu.16.& dec.83.*

347 Et si pactum est conceptum verbis directis, tenetur emptor restituere fructus venditori, in casu d. legis commissoriæ, *Gomes var. lib.2.c.2.nu.30. Mantica d. tit.29. lib.4. num.27. Petr. Gregor. lib.25.c.17.nu.10. Guttier. de gabell. qu.10.nu.13. Scacc. de commerc. §.1.q.5.n.483.*

348 Et *Scacc. d. nu.483.* ampliat etiam si pactū sit conceptum verbis obliquis, de quo vide, *Hermosill. in d.l.38.gl.1.nu.17. Sousa in §. actionum c.1.ex n.9.*

349 Pactum legis commissoriæ verbis directis conceptum, operatur resolutionem contractus ipso Iure, & translationem dominij in venditionem absq; noua traditione, & sic agi poterit rei vendicatione, conditione adueniēte. Secus vero quando verbis obliquis fuit conceptum dictum pactum, quia tunc non transfert dominium ipso iure, sed debet agi actione ex vendito, vel præscriptis verbis, ad obseruationem contractus, *Tiraqu. de retract. conuent. §.1.gl.3.nu.313. Couar. var. lib.3.c.8.nu. 1. Cald. d.l. si Curatorem, §. sua nu.54. Morla in empor. tit.9.qu.14.num.6. Mantica de tacit. lib.4. tit.29.nu.25. seqq. Guttier. de gabellis qu.103.nu. 13. Hermosill. in l.38. gl. num.6.7. Larrea dec.40. nu.21. dec.83. Ayllon. ad Gomes d. cap.2.num.30. vers. Nostrum.*

Ex contractu resoluto, ratione legis commissoriæ, fructus restituuntur venditori, *Mangil. de euict. qu.190.num.23.24. Tiraq. de retract. conuent. §.5.gl.2.nu.3. Couar. var. lib.3.c.9.nu.2. Copin. de fructib. lib.4.tit.1.c.12.nu.1.2.* Quamuis tale pactum legis commissoriæ non sit cōceptum verbis directis, *Mangil. sup. nu.25. Gallus de fructibus disp.30. Lagun. eodem Tract. p.1. c.31.§.7.* vbi de fructibus pignoris *nu.25. Leotard. de vsuris cap.11. Dom. Arias de Mesa lib.3. variar. cap.45. Sabell. §. pignus, §. interesse,*

§.vsura Castejon.in eisdem §§.

330 Quo ad pignus in pacto legis commissoriæ, illud non valet, si dictum sit, quod pecunia non soluta in termino, illud cedat Creditori, *Leotard.de vsur.qu.69. num.2.seqq. qu.70. Bonden.collect.14.num.175.176. Rota dec.330. nu.1.4.5.0.1.& dec.129.nu.63.p.12.Cyriac.controu.303.nu.10.Merlin.de pign.lib.3.q.123.n.6. seqq. Andreol.contr.285. Rota p.11.dec.330.n.1.* Ita vt non valeat consuetudo incontrarium, *Surd.dec.248.nu.17. Leotard.qu.17.num.92.Cyriac.d.contr.393.nu.13. Rota d.dec.330. num.2.* Nec statutum *Idem Cyriac. d.contr.393.nu.14.* Nec valet Iuramentum, *Mantica de tacit. lib. 11.tit.9.nu.13.Cyriac. d.contr.393. nu.11. Rota d.dec.330.nu.3.Vrceol.de transact. qu.99. nu.22. seqq. Hermosill.l.41. gl.1.tit.5. p.5. num.6.seqq. Merlin.de pign.lib.4.q.123.Sabell.§.pignus,* nisi fuerit dictum, quod ei sit venditum, & insolutum datum, pro iusto pretio æstimando, quo casu, etiam ante æstimationem fructus computantur in sortem, *l.fin. C.de pact.pignor. c.significante de pign.pact. Pap.act.hypoth.gl.ex memoratis nu.5. Magon.dec.flor.23.Christin.dec.132. in fine vol.1. & dec.147.nu.10.& seqq. d.vol.1. & dec.31.num.9.seqq.vol.3.* Rota p.11. rec.dec. 330. Vbi quod tale pactum reprobatur de iure Ciuili, & Canonico, & nec ex consuetudine, nec ex Iuramento possit robur accipere, siue sit conceptum secundum formam, *l.commissoria,* siue aliam formam similem, ex qua resultet idem effectus, & ratio prohibitionis, nempe iniquitas, & iniustitia pretij, cum eo tantum casu possit substineri, quo venditio sub simili conditione concepta, iusti, ac legitimi pretij quantitatem agnoscit, alias secus, *Rota p.12.rec.dec.129.nu.61.seqq. dec.423. Sabell. §.fructus nu.31.36.Guid.Papa.dec.6.* vbi quod confirmatur iuramento, *Surd.dec.248.* & ibi *Hodiern.Mantica de tacit.lib.4.tit.29.& lib.11. tit.9.10.Trentacinq.var.tit.de pign.ref.2. Scacc. de commerc.§.2.gl.5.nu.303. & seqq. Merlin.de pignor.lib.4.c.123.Onat.de contract.tom.2.tract. 20.disp.59.sect.5. & seqq. Fagund.de contract. lib.7.c.8. Roder.de annuis redd.lib.2.qu.2. Vasq; opusc.moral.tract.de pignor.& hypot.c.4. Calà de feudis qu.5.num.288.& seqq. Alderis. de symbol. contract.tit.4.c.4.num.19.seqq.Christin. dec.133. vol.4. Leotard.de vsuris qu.70.Tepat.var.sent. tit.412.413. Pereira de restit. in integr. verb.sua facilitate nu.50.& seqq.& num.95.& seqq. Andreol.controu.285.Hermosill.tom.2.gl.1.& seqq. l.38.& seqq.fol.636.& l.41.num.1.& seqq. Intrigl.sing.64.nu.322. & seqq. Merenda controu. lib.1.c.3.Gait.de credit.c.4.qu.8.nu.1099.Montan.de regal.fol.332.num.12.Cutell.de donat.special.28.Ciarlin.contr.393. nu.7.8. Gait.de cred. cap.1.nu.1123.seqq. & num.1133.seqq. Bonden. collect.14.nu.209.seqq.* Card. *Luca de vsuris,& interes.disc.8.nu.9.10.Rota p.11.rec.dec.330.nu. 20.Vrceol.de transact.q.99.nu.30.*

Nec valet pactum tale, quod si elapso termino non luatur pignus, non liceat illud amplius luere, Idem si non sit res specialiter, sed generaliter hypotecata, *Su d.dec.208. nu.9. & 26.Mantica de tacit.l.b.11.tit.9.nu.6.10. Trentacinq.var.lib.3.tit.de pignor. ref.11. nu.11.* vbi quatuor distinguit casus, & in omnibus idem, *Bursat.cons.320.nu.115.& cons.444.n.13.*

Nec valet pactum inter debitorem, & creditorem mutuantem, vt si non soluerit intrà mensem, quod talis res, vel domus debitoris sit empta creditori pro debito, quamuis nullum erat pignus constitutum, *Couar.d. c.2.nu.8. Pereira de restit.in integr. vers.sua facilitate nu.99. & de empt.c.11.nu.21. & c.28.nu.36. Trentacinq.d.ref.11.nu.11.Hermosill sup. num.10.* Verum ipse *nu.11.* contra dicit cessante fraude, & simulatione, & existente iusta æstimatione, *Surd.decis.248.num.21.in fine, Merlin. infra hic qu.123.*

Pactum legis commissoriæ in pignoribus non valet, non solum quando pignora dantur ex causa mutui, sed etiam ex alijs causis, & debitis, *Pereira sup.nu.99.vers.cæterum,& de empt. c.28.num.27. Trentacinq. d.ref.11.nu.3. Magon. dec. Flor.23.nu.2.Surd.dec.248. nu.12. Mantica d.tit.9.nu.11.& tit.10. nu.12. Hermosill.sup.nu. 13.Merlin.de pignor.lib.4. qu.123. Sabell.§.pignus.*

Nec valet hoc pactum, etiam fauore dotis, *Hermosill. sup.16.* vbi impugnat contrarios, *Surd.dec.248.nu.13.Merlin.d.qu.123. nu.11.* licet contra *nu.12.13.*

Nec potest debitor huic Iuri renunciare, scil.quod in pignoribus valeat hoc pactum legis commissoriæ, *Surd.dec.248.nu.16.* vbi *Cessal.& Hodierna, Beron.cons.204. num.14. lib.1 Bertr. nu. cons.50. vol.2. & 356. col.2.vol.1 Hermosill.sup.nu.18.Merlin.d.q.123.nu.32.*

Nec Iuramentum illud validat, secundum veriorem opinionem, *Surd.d.dec.248.num.21. Pereira sup.vers.sua facilitate nu.95. 99. Couar. in c.quamuis pactum 2.p.§.3. nu.3. de pactis in 6. Guttier.de Iuram.p.1.c.33.nu.2.Trentacinq.sup. nu.6.Fab.de error.pragm.decad.21.err.8. num.3. Morla in Empor.1.p.tit.9. de contr.empt.qu.14. nu.7.Menoch.de success. creat.§.28. nu.47. Roder. de ann.reddit.lib.2.q.2.nu.38. Add.ad Serafin.de priuil. Iuram.priuil.131. Borrell. in summa dec. p.1.tit.60.nu.264.Mantica de tacit.lib.11.tit.2 nu.17.Hermosill.sup.nu.19.* vbi refert, contrarios, & illos impugnat, inter eos est *Ascia de term. 122.nu.6.ex tex.c.significante de pignor.& n.22.* dicit tale Iuramentum facere, vt detur res creditori pro iusto pretio, *Merlin.d.q.123.nu.17. 18.19.22.24.* vbi *nu.23.* dicit quod valet iuramentum respectu, vt pignus efficiatur creditoris, soluto vero illius valore.

Nec consuetudo potest facere, quod tale pactum valeat in pignoribus, *Trentacinq.sup. nu.4.Surd.d.dec.248. nu.17. Hermosilla sup.nu. 27.Rota par.11.rec. dec.330. Merlin. d.qu.123. num.25.*

Nec

Nec valet tale pactum apposit in pignoribus ex interuallo, *Rodr. d. qu. 2. nu. 22. Fab. de error. pragm. decad. 21. error. 2. nu. 13. & in C. lib. 8. tit. 23. defin. 1. nu. 5. Borrell. d. tit. 267. & 270. Trentacinq. d. ref. 11. nu. 13.* vbi quia esset aperire viam fraudibus, *Couar. lib. 3. var. c. 2. num. 8. Pereira sup. nu. 103. & de empt. c. 11. nu. 19. & c. 28. nu. 29. 30. Menoch. de adipisc. remed. 5. nu. 43.*

Non valet pactum illud, etsi res pignorata non maneret empta pro solo debeto, sed pro alia maiori quantitate, quam creditor supplere promisit, *Surd. d. dec. 248. nu. 18.* Intellige si fiat in eodem contractu, quo pignus fuit constitutum, *Hermosill. nu. 3. & 28.*

Etiam si pactum factum esset ad instantiam, & rogatum debitoris, *Surd. sup. num. 17. Hermosill. nu. 29. Merlin. d. q. 123. n. 29.*

Amplia si pactum non esset perpetuum, sed ad tempus, vt scil. non liceat luere pignus, nisi post 30. annos, *Trentacinq. sup. nu. 8. Merlin. d. qu. 123. nu. 33.*

Amplia etiam in locatione, *Hermosill. sup. nu. 31. Pacion. de locato cap.*

Limita dicta si pactum legis commissoriæ, non est suspensum in futurum, sed pignus de præsenti datur insolutum, nam tunc non est pactum legis commissariæ, *Pereira sup. nu. 101. & de empt. c. 11. nu. 19. Rodriq. lib. 3. qu. 1. nu. 36. Merlin. d. q. 123. nu. 42. seqq.*

Limita 2. Vt procedat in vero, & perpetuo commisso damnoso debitori, & lucroso crediturі, secus si pactum non esset ad commodum creditoris, sed debitoris, *Pereira sup. num. 103. Rodrig. num. 39. 41. in fine, Hermosill. n. 33. Merlin. sup.*

Limita 3. quando apparet pactum non esse factum ad redinendam obligationem soluendi, nec esse extortum à creditore, in vsuræ, vel similis quæstus locum, *Rodrig. nu. 40. 41. d. q. 2. Merlin sup.*

De substantia pacti legis Commissoriæ tria sunt. Primum, quod fiat super pignore, vel hypoteca, & verbis directis, & non obliquis. Secundũ, quod de dando creditori insolutum pro debito, pro quo res est hypotecata. Tertiũ, quod non pure, neq; de præsenti, sed in casum, quo debitum non erit solutum in termino, *Cald. Pereira sup. nu. 105. & 95. & de empt. c. 28. nu. 35. 38. Rodriq. d. c. 2. qu. 2. d nu. 1. Hermosill. sup. nu. 35. Merlin. d. q. 123.*

Valet pactum quando verè contractus in pignore cumulatus est, velut liceat vendere creditori, nam non est legis commissoriæ. Et illud non irritat ipso iure, sed solum opponente parte, *Merlin. d. q. 123. n. 85. 86. 87.*

351 Per receptionem partis pretij post morã, an cesset dictum pactum, pro rata tantum, vel in totum *Costa de ratione rata. q. 83.*

352 Quod possit pacisci, vt si contingat creditorem cogi capere in solutum bona debitoris, æstimari debeant quanti minoris, vel dari quarto minus, cum hoc succedat loco interesse, quod vbi certum est potest ab initio taxari, *Surd. dec. 259.* vbi *Hodiern. & Censal. Merlin. d. q. 123. n. 75.*

353 Tale pactum valet etiam respectu fideiussorum, quibus cum dicto pacto potest debitor cauere de indemnitate, *Bar. in l. quamuis, ff. de solut. Maur. de fideiuss. p. 2. sect. 9. §. 25. Caball. ref. 185. nu. 19. Magon. dec. Flor. 23. num. 5. Alderis. sup. n. 37. & seqq.*

Contrarium etiam respectu fideiussorum tenent alij, *Couar. lib. 3. c. 2. nu. 8. Cenc. de censib. q. 57. n. 20. Alderis. sup.*

Pactum legis commissoriæ etiam in vtilitatem fideiussoris non valet, vt si debitum soluerit fideiussor ei pignus sit emptum, *Couar. lib. 3. var. cap. 2. num. 7. Mantica de tacit. lib. 11. tit. 10. n. 35. 36. Molina disp. 324. Suar. commun. opin. lib. 6. lit. F. vers. fideiussor. Menoch. de adipiscen. remed. 5. nu. 39. seqq. Farinac. in praxi crim. 5. p. qu. 175. num. 209. Hermosill. d. l. 41. num. 12. Merlin. d. q. 123. n. 80. 81.*

354 Pactum prædictum legis commissoriæ, an valeat in Transactione, difficultas est, nam illud habet locum non solum in mutuo, sed etiam in omnibus alijs contractibus, post *Mantic. Affl. Surd.* & alios probat *Leotard. de vsuris qu. 70. n. 77.*

Sic quod habeat locum etiam in transactione dicit *Leotard. d. qu. 70. n. 77. 78. 79.*

355 Sed quod non habeat locũ in transactione dicunt *Ias. in l. 29. in fine, C. de transact. Cuman. cons. 179. in 1. dub. 68. Cravet. cons. 145. num. 19. Tusc. lib. 6. conclus. 15. in fine*, sic decisum refert *Ant. Fab. in C. lib. 8. tit. 23. de pactis pign. defin. 3.*

356 Eo casu, quo pignus in transactione datum ea lege, & conditione, vt si statuto tempore non soluatur per debitorem pecunia, remaneat in dominio ipsius creditoris pro eadem met pecunia sibi debita, & relaxatum, & dimissum eidem creditori, fuit iusti valoris, & pretij, quãti ascendebat pecunia à debitore restituenda, ex quo concurrit iustitia pretij pignoris, nam iniustitiam lex abhorret, & propter illam improbatur hoc pactum per *tex. l. si fundus 16. §. fin. ff. de pign. & hypot.*

357 Eo magis in transactione, in qua vltra iustitiam pretij pignoris, adest exhuberatio bonæ fidei, & recessus à lite, qui non modicam affert vtilitatem, vt scripsit *Fab. in C. tit. de pignor. d. defin 3.* benè *Valeron. de transact. in proemio nu. 36.* Vbi maximè si in ea Iudicis authoritas interuenisset, & *tit. 1. q. 6. nu. 21.*

Quæ sententia rectè confirmatur, & comprobatur, nam transactio est contractus vicissitudinarius, & reciprocus, continens mutuam hinc indè remissionem, compensationem, & æqualitatem, *Vrceol. de transact. q. 94.*

At vbi adest æqualitas, & vicissim aliquid præstatur, omnis excluditur iniustitia, & vsura, *Andreol. contr. 285. nu 10. Rota dec. 74. nu. 4. p. 14.* vbi dicit, quod in Transactione non cõmittitur vsura.

358 Concurrit etiam bona fides transigentiū, quæ semper concomitatur transactionem, tollit quoque illam auaritiam, & calliditatem creditoris laqueandi debitorem, & vsuram cōmittendi, vt dicit *Vrceol.sud.qu.83.* Et habens transactionem pro se, in qua sit dictum pactū, dicitur habere satis fundatam intentionem, vt pretium pignoris in ea taxatum sit verum, & iustum pretium, donec ex aduerso contrarium doceatur, *Hondted.cons.31.nu.51.52.lib.1. Merlin.de pign.lib.4.q.123. nu.77.78.* vbi reprobat *Surdum dec.248.sub nu.21.* contrarium tenentem, & *Hondted. & Merlini* sententiam comprobat, & sequitur *Bonden. collact.14. num.223. & seqq. Vrceol.d.q.99.*

359 An pactum legis commissoriæ valeat in censibus, vel alijs annuis redditibus, difficultas est, vt videre est apud *Gasp. Roderic. de ann.reddit.lib.2.q.2.* vbi *nu.72.* concludit non vitiare contractum, sed vitiari pactum, *Cenc.de censib. qu.56.*

360 In rebus emphyteuticis venditis cum pacto legis commissoriæ, an debeatur laudemiū, disputat *Fulgin. de iure emphyt.tit.de laudem.q.8.nu.32.seqq.*

361 Sic etiam resoluitur contractus factus sub conditione, nam pendente conditione stat in suspenso, *l.si quis sub conditione dandorum decem, ff.si quis omissa causa testam.*

362 Ideo si conditio non euenerit est resolutus ipso iure, *l.necessario, §.1.ff.de peric.& commod.rei vendit. Alex.in l.pecuniam nu.4. ff.si cert. petat. Gratian.cap.949.nu.5.*

363 Et non impleta conditione, contractus resoluitur, *Cauaіer.dec.199.& dec.541. Antun. de donat.lib.1.pral.1. & pral.2. §.1.2. Tusch.lit.C. concl.593. Sabell.§.conditio.*

364 Contractus initus ad certum tempus, cum clausula: *& deinde ad beneplacitum*, etiam elapso primo termino durat idem contractus, & dicitur idem continuatus; sed si sit initus ad certum tempus, absq; alia beneplaciti reseruatione, lapso illo tempore censetur resolutus, & finitus, adeo vt, si post modum ex nouo partium consensu, vel tacito prorogetur, dicatur nouus contractus, & stante diuersitate contractuum, pacta onerosa, & odibilia in primo adiecta non censentur in secundo repetita, *Corn.cons.235.nu.9. lib.2. Castracan.de societ.c. cap.54.nu.6.seqq. Rota p.12.rec.dec.524. Sabell. §.contractus nu.50.*

365 In Transactione, si adsit pactum resolutiuum, in casu contrauentionis, vel non implementi, si adsit contrauentio, resoluitur trāsactionis contractus, & est ac si facta non esset, *l.voluntate, ff.quib.modis pign.vel hypot. Ias. in l.quamuis in fin.nu.4. de Transact. Surd. cons. 400.nu.12. Eugen. cons.29. n.32.lib.1. Gratian. cap.307.nu.4. Rota apud Penia dec.274. num.2.* coràm *Celso dec.131. num.6.* coram *Royas dec. 266.num.12.13.& dec.180.num.3.in recent.dec. 299. nu.11.12.p.6. & dec.304.num.14.p.11.& dec.396.num.5.p.13.Couar.lib.3.var.c.8.num.1. Rota dec.1.num.5.p.2.recent. & dec.755.p.1.recent.Vrceol.de transact.qu.99.nu.4.& qu.70.nu. 43.44.* Et quamuis non adsit pactum, *Vrceol. sup.q.99.nu.1.2.3.*

366 Nam res tunc ad suum pristinum statum reuertitur, cum actio ex transactione proueniens extincta remanserit vna cum omnibus in ea contentis, *Costa de retrotract. cap.8.cas.1. nu.1.seqq. Rota dec.396.nu.6.p.13. rec. & coram Pentinger.dec.478.nu.2.Vrceol.d.q.99.nu.5.*

367 Et pars inobseruans eo casu liberat aliam partem ob omni implemento, & obseruantia contractus, stante quod primo sibi non fuit adimpletum, *Rol.à Valle cons.57.num.10. lib.1. Gratian.cap.307.nu.5.Vrceol.d.q.99.nu.6.*

368 Nam ex duobus contrauenientibus non attenditur contrauentio secundi, sed solus defectus primi habetur in consideratione, *Dunozet iun.dec.978.n.15.Vrceol.n.7.*

369 Pactum resolutiuum in omnibus contractibus fieri potest, vt dicemus hic *n.384.*

370 Inductum censetur in transactione, in illis verbis: *Come se la presente concordia non fosse stata fatta, Cancer.var.p.3.c.7.nu.354.Cenc.de censib.qu.106.nu.12. Rota dec.396.n.1.p.13.*

371 Vel: *s'habbia per non fatta, resti nulla, e di niun valore; Vrceol.de transact.q.70.n.43.*

372 Quod pactum ipso iure transactionem resoluit, *Roland.cons.62. nu.18.seqq. lib.2. Rota decis.396.nu.7.p.13.Vrceol.d.qu.99.n.8.seqq.*

373 Sic etiam adiectum dicitur ex verbis: *Che vacando in vna delle cose promesse, s'intenda resoluta la transattione, Postius d resol.146.nu.11 Vrceol.ibid.*

374 Aut ex verbis: *Volendo, che in caso di transgressione s'intenda subbito cessare la presente concordia. Rota* post *Torre de pact. futura success dec.104.nu.19.Vrceol.ibid.*

375 Item quando adimplementum transactionis fieri debeat per tantum tempus, puta infrà mensem, annum, &c. quo tempore elapso, & adimplemento non facto, voluerunt, vt Instrumentum concordiæ non valeat, & habeatur pro non facto, & partes ipsæ remaneant in eorum pristino statu, prout erant antequā faceret prædictam concordiam, *Giouagn.cons. 100.nu.93.94.lib.1.* vbi dicit, quod si non doceatur id factum fuisse infrà tempus prefixū, contractus infringitur, & post illud tempus dicitur consensus abesse, ex *Put.dec.66.lib.3.* Vbi dicit quod nec etiam potest purgari mora, *Card.de Luca de censib.dec.16. nu.8. Rota dec. 182.nu.38.p.12.rec.*

376 Beneuerum vt sit locus resolutioni, debet doceri de euentu casu resolutionis, *Postius d.resol.146.n.14.Duran.dec.379.nu.*

377 Et habet locum talis resolutio, si ille, ad cuius fauorem est appositum tale pactum, velit illo vti, & alias non, *Post.d.resol.146.num.11. Astolin.resol.17.nu.37. Rota coram Serafin. dec. 209.nu.1.3.& dec.650.nu.1.Burat.dec.54.num. 15.*

15. Vrceol. d. q. 99. n. 13.

378 Ideo pars debet declarare, si velit stare contractui, non obstante controuentione alterius partis, *Rota dec. 422. num. 4. p. 4.* Vbi ampliat quamuis pactum ipso iure operaretur, *& dec. 330. nu. 35. 36. p. 11. & dec. 396. nu. 2. p. 13 recent. Vrceol. nu. 14.*

379 Et talis acceptatio potest fieri à minore, vel muliere etiam non seruatis solemnitatibus Iuris communis, vel statuti, quando solemnitates fuerunt adhibitæ in ipsa concordia, quæ vlterius non sunt adhibendæ in illius pacti electione, *Alex. conf. 189. num. 13. 14. lib. 7. Duran. dec. 156. nu. 15. seqq. Rota dec. 396. num. 12. par. 13.*

380 Vel si talis acceptatio facta fuisset in Iudicio, cuius calore suppletur defectus solemnitatum, *Burat. dec. 301. num. 9. & in rec. dec. 396. num. 10.*

381 Vbi autem non fuit facta dicta declaratio, si ratihabitio contractus exinde subsequatur ex interuallo, ac termino elapso, validaret contractum, perinde, ac si intra tempus conuentum expleta fuisset, eadem ratione, quia ipso volente resolutio contractus apposita censetur *Rota dec. 509. nu. 12. 13. p. 13. recent.*

382 Et quando hic, cuius fauore pactum prædictum resolutiuum appositum fuit, ageret pro implemento, signum daret se velle vti dicto pacto, *Serafin. dec. 1150. nu. 1. Vrceol. d. q. 99. num. 19.*

Nam vsuras recipiens videtur renunciare petitioni sortis, *Merlin. contr. 31. nu. 9. lib. 1.*

Et à resciffione recedere, *Merlin. ibid. n. 11.*

Idem in pacto legis commissorie, nam videtur illi renunciare, si post terminum præfixum, pretium, vel vsuras recipiat, *Merlin. sup. num. 8.*

383 Et vbi euenit casus resolutionis contractus, fructus sunt ab initio restituendi, vel cõputandi in sortem, si agatur ad resciffionem ex capite nullitatis, secus si ex capite læsionis, nisi esset enormissima, *Card. Luca de regal. disc. 30. nu. 3. Larrea dec. 76. nu. 55. Rota dec. 139. nu. 49. par. 16. rec. Vrceol. d. qu. 99. num. 20. & qu. 94. nu. 41. seqq.*

384 Et hoc pactum resolutiuum potest in omnibus contractibus apponi, *Posth. resol. 146. nu. 13. Rota rec. dec. 179. nu. 12. p. 6. Cancer. var. p. 3. c. 7. nu. 354. Cenc. de censib. q. 106. num. 12. Rota dec. 396. nu. 1. p. 13.* In transactione faciunt pactum resolutiuum verba: *Come se la presente concordia non fosse stata fatta*, aut his verbis: *Che mancando in vna delle cose promesse se intenda resoluta la transattione*, *Posth. d. resol. 146. nu. 11.* Aut ex verbis: *Volendo, che in caso di transgressione, se intenda subbito cessare la presente concordia, Rota post Torre de pactis fut. success. dec. 104. num. 19.* Item quando partes conuenerunt, vt adimplementum fieri deberet per tantum tempus, vnius scil. mensis, vel anni, &c. quo tempore elapso, & adimplemento non facto, voluerunt, vt instrumentum transactionis nõ valeat, & habeatur pro non facto, & partes ipsæ remaneant in eorum pristino statu, prout erant antequam facerent prædictam transactionem, super quo pacto consuluit *Giouagnin. conf. 100. nu. 93. 94. lib. 1. & Put. dec. 66. lib. 3.* Vbi quod nec etiam potest purgari mora, *D. Card. Luca de camb. disc. 16. num. 8. Rota dec. 182. nu. 35. p. 12. rec. Vrceol. d. q. 99. nu. 8. seqq. & qu. 88. & q. 70. nu. 43. seqq.*

385 Et tunc contractus habetur pro non facto, & æquiparatur pacto legis commissoriæ, *Baron. de effect. minor. ætat. circa contract. effect. 2. nu. 93. Morot. conf. 6. nu. 24. Muta dec. 53. nu. 30. seqq. Castill. dec. 27. nu. 2. dec. 148. nu. 14. Farinac. dec. Rotæ 1. p. 2. tom. 3. num. 4. 5. Surd. conf. 331. nu. 43. lib. 3. Ripa obs. 8. Intrigl. sing. 64. num. 136. 257. lib. 3. Caroc. dec. 32. Capibl. de Baron. pragm. 4. nu. 78. Rota post Cenc. de censib. dec. 256. nu. 3. Franch. dec. 355. nu. 3. Dec. conf. 187. nu. 4.* & ibi *Addit. Tusc. verb. Resolutio concl. 271. nu. 5. Amat. res. 70. nu. 24. R. Ponte conf. 6. à nu. 29. Toffon. de antef. vers. 4. obs. 2. nu. 54. Serafin. dec. 548. nu. 1. Graff. except. 33. nu. 2. Barra obs. 91. n. 1. cent. 1. obs. 81. num. 14. cent. 3. Intrigl. sicul. sing. 64. num. 156. 157. l. b. 3. Rota post Cenc. dec. 256. nu. 3.*

386 Intellige si is, in cuius fauorem est interpositum pactum, vult vti resolutione contractus, *Castill. dec. 74. nu. 29. dec. 148. n. 12. Serafin. dec. 209. nu. 1. 2. 3. dec. 650. nu. 1. dec. 1150. num. 1. Abruz. de modo proced. ex abrupt. p. 2. cap. 1. nu. 167. Scacc. de commerc. §. 1. qu. 1. nu. 345. Sperell. dec. 71. num. 11. 17. Rub. dec. 109. num. 10. tom. 3. Monac. dec. Luc. 67. nu. 44. & bon. dec. 54. nu. 61. Baron. sup. Vrceol. d. qu. 99. nu. 13. seqq.*

387 In pacto addictionis in diem, idem est, puta si pactio sit, quod si alius infra tale tempus aliud maius pretium offerat, res sit in empta, secus si non offerat, *l. 1. ff. de in diem adiect.* ibi: *ille fundus centum est tibi emptus, nisi quis intra Kal. Ianuarias proximas, meliorem conditionem fecerit, Reg. Capyc. Latro dec. 159. nu. 12. l. si res distracta, ff. quib. mod. pign. vel hypot. sol. l. si ex duobus 6. §. sed & Marcellus, ff. de in diem adiect. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 28. Montan. de regal. fol. 331. nu. 12. Cald. de empt. c. 28.*

Nam conceptum verbis directis resoluitur contractus, & dominium, ipso iure in venditorem transferri absque alia traditione, & conditione adueniente agi potest rei vendicatione, *Mantica lib. 4. tit. 28. nu. 11. 12. Couar. d. c. 8. var. lib. 3. n. 11. Cald. Pereira in d. l. si Curatorem, §. sua nu. 50. Fachin. lib. 2. cap. 3. Felician. de censib. lib. 1. c. 6. nu. 2. lib. 2. c. 4. num. 14. Boer. dec. 181 num. 9.*

388 Verum idem *Felician. ibid. num. 7. & Menchaca vsufr. lib. 3. c. 69. nu. 5. 6.* & alij ab eis relati defendunt, etiam si verbis obliquis hoc pactum concipiatur, dominium ipso Iure in vẽditorem transferri vide illos, & *Molin. disp. 378. Hermosill. in l. 40. Parlador. tom. 3. differ. 75.*

Amaya

Amaya in rubr.de fide, & iure hast.fiscal.lib.10. nu.17. Barbos.in l.8.ff.solut.matrim.p.2.n.89.95.

389 Vbi agit quid dicendum de fructibus, maximè *Hermosill.in d.l.40.gl.1.ex nu.14.* Vbi duas opiniones contrarias adducit, & illas ad concordiam reducit, hoc modo, nempe, quod si pure contracta sit emptio, & sub conditione resoluta, vt si ita dicetur: *Vendo tibi fundum eo pacto:* quod si maius pretium, vel melior conditio mihi afferatur, hæc venditio non valeat. Vel si dictum fuerit: *Meliore conditione oblata: res sit inempta*, tunc esse contractum perfectum, & fructus ad emptorē pertinere, si vero conditionalis sit contractus, veluti si dicatur: *sit tibi fundus emptus, vel vendo tibi fundum, nisi alius meliorem conditionem attulerit*, tunc locum habeat contraria opinio, vt pro hac distinctione refert *Menchac.vsufr.lib.3.cap.49. Castill.lib.5.controu.c.109. num.3.4. Larrea dec. 42.ex nu.16.& dec.83. Reginald.in praxi lib.25. tract.3.nu.299.seqq. Sousa in §. actionum c.1. ex num.9. Ayllon.ad Gomes d.cap.2. num.30. vers. Per pactum.*

390 Et cum in venditione cum pacto legis commissoriæ, & additionis in diem, venditio resoluatur facto casu conuento, Ideo pro illa non debetur gabella, quæ debetur ex venditione, & si fuerit soluta repetitur, *Parlador.lib. 1.c.3.§.4.nu.7. Molina tom.1.de instit. disp.378. Lassart.de decim.vendit.cap.14. ex nu.10. Mattienz.in l.7.tit.11.lib.5.recopil.gl.3.nu.11. Gut-*

391 *tier.de Gabell.q.10.ex nu.10.* Licet contra dicant *Menchac.vsufr.c.11. nu.2. Morla in empor. tit.9.qu.14.nu.12. Cepparell.res.41.nu.5. Idem Guttier.qu.19 nu.6.*

392 Secus est si pactum legis commissoriæ, vel additionis in diem ex interuallo fuerit appositum, nam tunc cum ius fuerit acquisitum fisco, gabella debetur, Et etiam quando pactū fuerit conceptum verbis obliquis, & non directis, *Guttier.d.q.10.nu.11. & seqq. Sanchez in consilijs lib.2.cap.4. dub.39. ex nu.8. Ayllon.ad Gomez lib.2.c.2.n.32.*

393 Pactum resolutorium, addictionis in diē, legis commissoriæ, & retrouendendi potest etiam à minore in contractu apponi, *Arias de Mesa c.25. Guttier.de tutel.p.2. c.5.num.38. Olea de cess.iur.tit.7.qu.2. Cald.cap.13. à nu.23. Baron. de effect.minor.ætat.circa contract.eff.2.num.93. & eff.3.nu.30.*

394 Addictionum in diem tempora quotuplicia sint, quantum durent, quibus personis cōpetant, latè *D.Rodoer.consf.44.* Vbi quando semel legitimè licitata res ecclesiastica, fisci, minorum, vniuersitatis, possit admitti noua oblatio. Et *Nos infra.*

Sed in venditione facta cum pacto addictionis in diem, si alius offerat, resoluitur, & etiam hypotecæ super illa re contractæ, *D. Corradin.de prælat.qu.54.num.3.& seqq.* Licet possit venditor non recipere meliorem oblationem, ex *l.Sabinus, ff.de in diem addict. Corradin.sup.nu.6.* Et in hoc casu non præfertur primus in emptione, *Reg.Capyc.Latr. dec.159. nu. 14.* sed solum potest plus offerre, *Corradin.sup. nu.12.* Sed potest infrà tempus addictionis, secus post, *Corradin.sup.in fine.*

Item resoluitur dominium rei emptæ per redhibitoriam, ex voluntate contrahentium, *Noguerol.alleg.14.nu.210.*

395 Pactum legis commissoriæ non habet locum in feudis, *Balzaran.de feudis tit.27.num.1.* Et illud renunciatum censetur quando post terminum præfixum, pretium, vel vsuras recipit, *l.post diem, ff.eod.leg.commissoriæ, C.de pactis inter empt. D.Merlin.contr.61.nu.8 lib.1.* Et illo extincto non licet ad illud redire, *Gratian.disc. 301.n.19. Surd.cons.104. Cravet.cons.106.n.2.*

Et resolutio contractus verbis adiectis, in casum non soluti pretij, omnes DD. admittunt, dominium retroferri, ad similitudinem legis commissoriæ, *Cyriac.contr.683.n.6.*

396 Idem est si aliquem ex contrahentibus pœniteat, ante perfectionem contractus innominati, quia talis contractus non producit actionem, *Soccin.in rubr.de verbor.oblig.nu.111. Decian.cons.102.nu.6.vol.2. Natta cons.465.nu.3. Gomes lib.2.c.8.nu.1. Mantica de tacit.lib.2. tit. 8.num.12.*

397 Ideo licitum est, re integra, partibus ab eo recedere, *l.si pecuniam ibi: sed cum liceat pœnitere*, & ibi *gl.ff.de condit.caus.dat. l.dedi §.1.ff.eod. l.naturalis 5.§.vlt. & l.si tibi 7. ff.de præscript. verb. Couar.var.lib.1.cap.14.num.16. Gomes d. c.8. Amaya obs.lib.2.c.4.num.17. Pistor.qq. Iuris 140.nu.115.116.seqq.p.4. Carpzou.dec.292.nu. 4.seqq. Cyriac.controu.452.n.17. Vrceol.de transact. qu.22.nu.34.seqq. Sabell.§.emptio.nu.2.§.contractus, Idem Vrceol.de transact.qu.42.*

398 Et tale ius transit ad hæredes, *Carpzou. ibid. Turri de camb.disp.1.qu.10. nu.7. Salgad.in labyr.p.1.c.33.nu.15.*

399 Quamuis vnus ex contrahentibus fecisset expensas, *Penia dec.6.nu.13. Cyriac. controu.63. num.12.*

400 Repetit tamen expensas, *Cyriac.ibid. Rota dec.130.nu.3.p.6. Vrceol.de transact.qu.6.nu. 52.seqq.*

401 Quando contractus resoluatur, *Rota p.13. rec.dec.396. Vrceol.de transact.qu.99. num. 1.& seqq. Sabell.§.transactio nu.17. in fine nu.23.30. Rota post Vrceol.dec.33.34. num.9.seqq. dec.42. nu.11.seqq.* Vbi quod pactum resolutiuum euanescit, si illud, ad cuius fauorem fuit appositum, vti noluit in vita sua, & eo vti volens tenere prius restituere omne id, quod ex transactione recepit.

Et renunciat resolutioni contractus, qui ex illo vsuras recipit, *P. Affl.controu.13.nu.19. D. Merlin.controu.31.num.11.& seqq.lib.1. Pascal. de vir.patr.potest.p.4.cap.6.num.19. Thor. voto 44.nu.67. Antonell. de temp.legal. lib.4.c.15.nu. 13. Burat.dec.640.nu.16.seqq.*

402 Sic resoluitur hypoteca contracta per donato-

natarium super re sibi donata, resoluta donatione ex conditione ibi apposita, nam resoluto Iure datoris resoluitur ius acceptoris ad *tex. in l. lex vectigali 31. ff. de pignor. l. si ex duobus, §. 1. ff. de in diem adiect. cap. nuper. de donat. inter. Bertazol. de clausf. cl. 15. gl. 2. nu. 16. Anton. var. lib. 1. cap. 95. nu. 11. P. Barbos. in l. quia tale num. 86. ad fin. ff. solut. matrim. Mangil. de Imput. q. 85. nu. 3. Tusc. lit.* R. *conclus. 272. Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. qu. 14. num. 1. 2. Antun. de donat. lib. 1. prælud. 2. §. 1. & 2. R. Capyc.* Latro *dec. 23. nu. 17.* decisum refert *nu. 18. & consult. 34. nu. 22. seqq. lib. 1. consult. 56. nu. 3. cons. 38. nu. 41. Merlin. controu. 8. nu. 1. cent. 2. Fontanell. dec. 167. nu. 3. lib. 1. Chacheran dec. 156. nu. 12. Hermosill. gl. l. 67. nu. 17. 18. Cyriac. contr. 425. nu. 74. Card. de Luca de donat. disc. 13. n. 4.* post mille *Nos ad Ronit. cons. 53. nu. 22. lib. 1. Sabell. §. hypoteca.*

403 Verum donator tenetur in eo, quod vergat in vtilitatem, *Card.* Luca *sup. nu. 5.* Et tenetur ad debita per donatarium de eius voluntate contracta, *ibid. nu. 16.*

404 Et dominium non acquiritur per traditionem factam sub conditione, *Mantica de tacit. lib. 4. tit. 26. num. 9. & 23.* laté *Merlin. de pignor. lib. 5. qu. 18.*

405 Resoluitur hypoteca, quando ius hypotecantis resoluitur ex necessitate præcedentis obligationis, vel pacti, *l. si res, ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu. Cyriac. d. contro. 425. nu. 73. Rota dec. 328. nu. 16. 17. p. 5. rec. Merlin. de pign. lib. 4. q. 203. & lib. 5. qu. 14. n. 1. Nos ad Ronit. cons. 53 nu. 14. lib. 1. Valeron. de transact. tit. 4. q. 9. nu. 33.*

406 Sic etiam donatio facta sub conditione, illa non adimpleta, resoluitur ex defectu conditionis, *R. Ponte cons. 119. nu. 1. lib. 2. Cavaler. dec. 119. dec. 541. Christin. dec. 195. vol. 4. Antun. de donat. lib. 1. præl. 1. & præl. 2. §. 1. 2.*

407 Sic etiam in re donata, cum pacto reuersiuo, in aliquem euentum, nam eueniente casu, res redit libera ab hypotecis forsan contractis per donatarium, *Rota dec. 338. nu. 16. seqq. p. 1. rec. Duran. dec. 40. nu. 15. R. Capyc. Latr. dec. 23. nu. 17.* vbi *Gizz. num. 20. & Manfrella Gregor. de concess. feud. d. 6. q. 15. nu. 2. Nos ad Ronit. cons. 53. nu. 22. lib. 1. Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. qu. 14. nu. 44.* Idem rescissa venditione ex causa læsionis, *Valeron. de transact. tit. 4. q. 9. n. 34.*

428 Sic Hypoteca constituta per hæredem grauatum, eueniente casu restitutionis resoluitur, *Fontanella dec. 167. nu. 7. Montan. contr. 41.* vbi limitat, vt substineatur super legitima grauato debita, vel super creditis, quæ forsan habet super dictis bonis, *Baron. de citat. in annot. sing. 64. n. 14. Fontanell. sup. n. 6. Gizz. ad Capyc. Latr. d. dec. 23. nu. 33. Intrigl. sup. Bull. de Censib. qu. 19. nu. 2. Cencius de censib. qu. 18. num. 4. Rota post eundem dec. 15. Merlin. de pignor. lib. 5. qu. 14. num. 7. & qu. 6. nu. 19. & qu. 44. nu. 33. Hermosill. sup. nu. 18. Amat. cons. 6. nu. 5. 6. Nos ad R. Ronit. cons. 53. num. 32. lib. 1. Fusar. de substit. qu. 703. Baron. de citat. in annot. ad sing. 64. num. 14.*

Vide *Infra nu. 432.* Vbi quid si ex causa voluntaria, *Torre de maiorat. Ital. p. 2. q. 44. n. 8.*

409 Sic resoluto contractu ex pacto præcedenti resoluuntur hypotecæ, medio tempore contractæ, *Ronit. cons. 53. lib. 1.* vbi nostra *Addit. Caball. cons. 96. nu. 7. lib. 1. Cyriac. contr. 425. nu. 73. Rota dec. 328. nu. 16. 17. lib. 5. rec. Larrea alleg. 22. nu. 20. Nig. de laudem. tom. 2. qu. 20. Baron. de citat. in annot. ad sing. 73. tom. 3.* R. *Latro consult. 34. nu. 21. seqq. & dec. 200. nu. 84. Merlin. de pign. lib. 5. qu. 14. nu. 1. seqq.* Ea ratione, quia dominium reuocabile in hac re non habetur in consideratione, *Cyriac. d. controu. 427. nu. 74. Nos sup. nu. 14.*

410 Resoluto Iure datoris resoluitur ius acceptoris, vt diximus *suprà numer. 402. ex l. lex vectigal. ff. de pignorat. l. si ex duobus, §. 1. ff. de in diem adiect. Gomez variar. tom. 2. cap. 3. num. 8. Decis. Pedemont. 156. nu. 12. Antonin. var. lib. 1. c. 95. num. 11. Bertaz. de clausul. cl. 5. gl. 2. nu. 16. Merlin. de pign. lib. 5. tit. 1. q. 14. nu. 11. Iouius de solemnit. in contract. minor. gl. 15. §. 3. nu. 40. 41. P. Barbos. in l. quia tale num. 86. ff. solut. matrim. Vaz axiomat. iur. lit. R. num. 108. 109. Palma cons. 48. num. 75.* Pacion. *de locato cap. 34. §. 3. cap. 61. num. 61. Nos ad Ronit. cons. 53. num. 14. lib. 1. & ad cons. 70. num. 1. lib. 2. Ripol. var. cap. 12. nu. 199.*

Quod procedit si resolutio fiat ex necessitate, secus ex voluntate, *Valeron. de transact. tit. 4. q. 9. nu. 19. Larrea alleg. 22. nu. 84. Cyriac. contr. 55. Menoch. cons. 116. nu. 35. Guttier. de gabell. qu. 11. Cancer. var. p. 1. c. 11. nu. 48. cap. 13. ex nu. 13. p. 3. c. 1. nu. 132.* Et resoluitur quod venit in cōsequentiam, *Ripol. var. c. 7. n. 236.*

Sed resolutio contractus collata in personam emptoris rei, v.g. Limitatur spatio 60. dierum, *Cyriac. dec. 592. nu. 44.* secus si remittatur Tertio *nu. 55.* Nam resolutio contractus, sed non perfectio, seu inductio ipsius potest remitti arbitrio vnius *nu. 45.*

411 Vnde contracta hypoteca super aliqua re empta, cum pacto de retrouendendo, qui contractus est licitus, vt bene resoluit, *Castill. contr. lib. 2. c. 25.* vbi tota materia, si demum res illa retrouendatur, hypoteca illa resoluitur, *Mantica de tacit. lib. 11. tit. 31. num. 70. Menoch. cons. 63. num. 10. 11. Capyc. dec. 187. num. 7. Fontanell. dec. 79. Thes. qu. 81. nu. 3. lib. 2. Cyriac. controu. 55. nu. 41. 308. nu. 64. 425. nu. 73. Ludouis. dec. 594. nu. 19. Boer. dec. 49. num. 3. R. Ronit. cons. 81. nu. 5. Gait. de credit. c. 4. n. 2179. & seqq. Barbos. in l. 2. C. de pactis inter empt. nu. 55. Salgad. labyr. p. 2. cap. 9. nu. 81. Valeron. de transact. tit. 4. q. 9. num. 34. & seqq. Auendan. de censib. c. 102. Carleual. de iudic. tom. 2. disp. 23. nu. 29. Rota dec. 86. nu. 6. p. 5. rec. Valeron. d. t. 4. q. 9. nu. 34. Donad. de renunciat. tom. 1. cap. 34. nu. 230. seqq. nu. 245. 259. Capon. disc. 59. num. 5. Noguerol. alleg. 22. nu. 44. Merlin. d. q. 14. nu. 3. D. Rosis select. p. 1. c. 5. Amat. resol. 14. nu. 15. Nos ad Ronit. cons. 53. nu. 15. lib. 1. & cons. 46. nu. 1. lib. 2. Card. Lu-*

ca

ta tract.de feud.disc.69.nu.5.91.num.1. de empt. disc.32.num.16.D.Romaguer.ad Conciol.ad stat. Eugub.lib.2.rubr.52.nu.37. Vbi de *Nobis*,post relatos plures DD. dicit hæc verba: Et pro mille *Doctiss. Altimar. ad Rouit. lib.1. obs.53. à numer.14.* vbi infinitos concordantes tradit, & limitationes ad hanc regulam quem omnino Vide, *Amat. consil.10. Hermosill. glos.7.l.42.num.9.seqq. l.653.* quid quid dicat *Caroc.dec.117.num.18. Ant.Fab. de err.pragm. decad.23.err.1.* latissime *Hermosill. in gl.1.l.67. tit.5.p.5.num.1.& seqq.* vbi ponit plures casus, in quibus extinguitur hypoteca,per resolutionem contractus, sicut & *Merlin. lib.5. qu.1. & seqq.*

412 Primus est si emptor non soluat pretium conuentum rei venditæ, in tempore præfixo à principio, cum pacto, vt si solutio non fiat dicto tempore,res sit in empta, quod est pactũ legis commissoriæ, & hoc casu rescisso tali cõtractu,resoluitur hypoteca contracta super illa re empta,per emptorem, *Tiraqu.de retract. connent.§.4.gl.vnic.num.10.Hermosill.gl.1. l.67. num.5.*

413 Secundus casus est quando venditio celebratur sub pacto adiectionis in diem, vt diximus,& hoc casu rescisso contractu resoluitur hypoteca,*l.si res 3.ff.quib.modis pign.vel hypot. solu.l.si ex duobus 6. §.sed & Marcellus, ff.de in diem adiect.Boer.dec.181.nu.9.Felician.de censib. lib.2.c.4.nu.14. Hermosill.sup.nu.6. Merlin.de pignor.lib.4.q.123.*

414 Resoluitur hypoteca quando contractus rescinditur ratione læsionis vltra dimidiam iusti pretij,pro cuius resolutione est distinguẽdum. Aut emptor,qui post contractum rem hypotecauit, se vltra dimidiam læsum fuisse dicit,aut venditor. Si emptor de rescissione contractus agat, & venditor nolit restituere partem pretij, sed quod sibi reddatur ipsa res vendita,& totum pretium restituere, & tunc pignus non soluitur,nec extinguitur,sed emptor,qui vult in causa obtinere,debet rem liberam venditori tradere, alias ab agendo repelletur,prout repellitur, quando eam in totum alienauit,si eam restituere non valet, *Hermosill.ad leg.67.nu.8. Salgad.labyr.fol.440. & 483. Cyriac.contr.55.nu.62.Merenda contr. lib.1.cap. 45.46.Noguerol.alleg.11.nu.96.alleg.14.n.116. D. Romaguer.ad Conciol.ad stat.Eugub.rubr.58. num.27.lib.2.Sabell. §.hypoteca nu.47. Christin. dec.67.nu.4.* Diximus *sup.*

415 Et in hoc casu contractus ex causa necessaria non dicitur resolutus, sed ex voluntaria ipsius emptoris, qui de rescissione contractus vult agere qui ad obtinendam rem liberam,& non deterioratam venditori tenetur reddere, *Pinell.in l.2.C.de resc.vendit. 2.p. c.3. num.31. 32* bene *Hermosill. d. l.67. nu.8.* vbi impugnat *Mantic.de tacit.lib.11.tit.31.nu.69.* contrarium tenentem,nam affert pro sua opinione *Pinell.* & ille dicit contrarium,*Cyriac.controu.55.nu. 34.42.43.& 76.D.Romaguer.sup.*

416 Si venditor se læsum fuisse dicit, & emptor eligat restituere rem emptam, quam anteà hypotecauerat,& non supplere pretium,quod pignus in hoc casu non resoluatur, nec extinguatur,sed quod viuat, & res transeat in venditorem cum onere hypotecæ,*Boer.d.dec.181. num.8.10.12.Felician.de censib.lib.2.c.4. nu.14. Hermosill.nu.9.*

417 Sed contrarium, quod hoc casu pignus,& hypoteca extinguatur, & libera ad venditorẽ ab omni obligatione redeat, *Bal.in l.2.C.de resc.vendit.q.3.nu.17.*& ibi,*Salic.n.18. Paul.nu. 11.*vbi ratione esse dicit, quia transit in venditorem ex causa de præterito,*Neguf.de pign.p.5. membr.11.nu.43. Cacher.dec.65.nu.2. Marta dec.132.nu.4.15.Mantica de tacit.l.b.11.tit.31. nu.67.Surd.de alim.tit.9.qu.42.nu.17. Pacific.de Saluian.inspect.3.c.vnic.num.114.Maynard.dec. 69.Cauall.qu.660.Hermosill.sup.num.10. Christin.dec.67.nu.4.vol.3.Larrea allegat.22.Nos ad Rouit.d.cons.53.num.27.lib.1. Mantica de tacit. lib.11.tit.31.nu.67. Fachin.lib.2.contro.23.Noguerol.alleg.11.nu.96.alleg.14.nu.116. Merenda lib.1.contr.45.46.Cyriac.contr.55.nu.5. Salgad. labyr.p.2.c.9.nu.82. Luca ad Franch.dec.496.nu. 1.*post alios *Balmased.de collect.q.84.num.13. D. Romaguer.sup.*licet contra dicant alij, per *Nos citati d.cons.53.nu.29.lib.1.*

418 Quæ conclusio ampliatur,etiam si emptor non iudicialiter compulsus, extraiudicialiter agnoscendo bonam fidem rem venditori restituerit, vt contra *Salic.* cessante fraude dicit *Pinell.d.c.3. 2.p.num.16. Guttier.lib.7.de gabell. qu.12.nu.2.Surd.de alim.tit.9. qu.42.à num.23.* ea ratione quia actus voluntatis non dicitur, ad quem faciendum quis cogi poterat,*l.nouissimè,*vbi *Bald.ff.quod fals.tut.Cyriac.contr.55.nu. 35.seqq. Barbos.in l.2.num.95. C.de resc.vendit. Guttier.de gabell.qu.12.num.2.*licet non desint DD.contrarij apud *Nos conf.53.n 29.lib.1.*

419 Sed tutius esse expectari sententiam, *Pinell.ibid.nu.17.Hermosill.nu.11.*

420 Verum,cum contractus,hoc casu, rescindatur,vt ex nunc, non vt ex tunc, ideo debetur gabella imposita super venditione,*Guttier. de gabell.qu.12. D.Cepparell.resf.fiscal. resp.2.nu. 11.12.*

421 Sed illa solui debet ab alienante, *Mangil. de euict.qu.25.n.27.& q.26.n.22. D.Cepparell sup.nu.13.*

422 Extinguitur hypoteca quando quis hypotecauit rem sibi donatam sua vita durante, nam per eius mortem resoluitur, vel quando quis fuit grauatus post mortem suam restituere,*l.statius florus, §.Cornelio Filici-Felician.sup. 14.Surd.de alim.d.q.42. nu.5. Lud.Molina de Hisp.primog.lib.1.c.12.nu.32.33.Mantica de tacit.lib.11.tit.31.n.73.*

Valor meliorationum, cum quis est condemnatus ad restituendum territorium, deductis meliorationibus plantationum Arborum, & aliorum similium non est secundum, & quantum sit melioratum, sed quantum fuerit expensum, verum debet haberi ratio emptionis arborum plantandarum, & postea plantatarum, fouearum factarum, gubernijillarum, vsq; ad tempus redditionis fructuũ, custodiæ, & ei debetur interesse pecuniæ expensæ vsq; ad dictum tempus, & quod mille arbores sunt plantatæ, & quincentum tantum virides sunt, & arbores senescunt in 40. annis, *Pacion.de locat.c.19.nu.158. D.Tristany dec.19. num.10.* Et vites vilescunt, *Tristan.ibid. nu.12.seqq.* Diximus *sup.* Et de omnibus dictis latè *Peregr.de fideicommiss.art.50.nu.73. Saminiat.contr.56.nu. 71.seqq. Tristany dec.19. Reg.Marinis lib.2.resol. 133.134.* vbi *Luca, Coccin.dec.2165.num.7. Peuting.dec.499.nu.12. Actolin.res.31.nu.25.26. Rota dec.333.nu.10.p.12. Barz.dec.23.num.16. D. Crespi obs.117.à nu.168. D.Marotta discept.30. D.Angelis de meliorat.art.4.nu.34.35.& art.21 nu.10.& seqq.* Vbi tota materia, quæ meliorationes sint reficiendæ, & *art.7.nu.32.art.6.nu. 1.seqq.* & per totum Tractatum, *Tusc.lit.M.conclus.176. Card.Luca de emphyt.disc.31. Mangil. de euict.qu.13. Thomat. dec.59. Anna sing.182. Ciroc disc.50.nu.48.disc.57.num.27. Theodor.alleg.74.nu.3. Fachin.lib.7.controu.cap.93. Luca ad Franch.dec.109.nu.5. Fulgin. de iure emphyt.tit. de meliorat.q.7.num.11. Antonell. de temp.legal. cap.61.nu.7.*

Valor quomodo probetur, & pretium, vltra citatos, videndi *Afin.de execut.§.7.cap.172.& seqq. Capuc.tom.2.par.3. art.3.& cap.6. art.11. Dulph.contr.99. num.5.seqq lib.2. Possido.de empt.lib.3.dub.5.seqq. Sarnens apud Garz.de benefic.p.1.c.5.nu.382. & seqq. Thomat.tract.de valore, Tusc.pract.conclus.verb.valor. Vrsell.conclus.143. D. Rosa consult.22. lib.1. D.Gobius consult.72.num.20.seqq.*

Valor rei nõ probatur per subhastationes *Frãch. dec.54.n.10. Pac.sup.n.19.* nã licitationes solent esse animosæ, *Fontanell.de pactis nupt.tom.1. claus.9.p.2.nu.88.seqq Gallup.in praxi S.C.p.3. c.2.nu.31. D.Hodiern.contr.40.num.58. Gratian. disc.489.nu.27. R Capyc.Latr. dec.42. Sebettin. de iure offer.in præfat.nu.26.seqq. Staib sen.cons. 73.nu.10. Rouit.cons.38. nu.2.lib.2. Theodor.alleg.91.nu.10. Pacion. de locat.c.19. num.19.20.* vbi *nu.23.* nec per oblationes, ex *Rota dec.342. nu.10.p.4.tom.2.* sed contra dicit *Cutell.de donat.tom.1 disc.2.p.6.nu.176.* Diximus *sup. num. 487. Gratian.disc.145.nu.28.seqq. Menoch.cons. 844.nu.34. Seraphin.dec.1217.*

Fructus Iurisdictionum calculantur ad rationem duorum pro centum, sic redditus habentes admixtam Iurisdictionem, seu preheminentiam longe plus æstimantur, *Card.Luca de prehem.disc.11.nu.13.de feud.disc.28. ex nu.2.* & etiã *d.disc.108.nu.4. D.Rosa consult.22.nu.8. Castill.dec.218.nu.8.* vbi de valore feudorum, *Cutell.donat.tract.1.disc.2.p.6.num.151. Pacion. sup.nu.38. Hermosill.gl.6.l.56.tit.5.p.5.num.16.*

Valor feudorum propter honorem, & dignitatem illa appretiantur ad 3. pro centũ, *Moles de Iure releuij q.10.nu.19. D.Galeot. in addit. ad contr.53.art.3.nu.41.art.4.nu.10. art.5.num.10. Affl.in addit.ad contr.50. num.2. Gobius consult. 124.num 4.*

Molendina possunt appretiari ad rationem 12. pro centenario, propter pericula, *Pacion. sup.n.40. Iouius gl.22.§.18.n.* Sed attendi debent fructus, non expensum in fabricatione *Altograd.cons.102.num.72.73.lib.2. Sabell.var. c.1.n.13.14.*

Valor fructuum probatur per taxas Communitatis, & librum gabellerum, & publicorum officialium, librum æstimi, *Rota dec.703. par.18. Genua de script.priuat. lib.3. tit.de libr. æstim.qu.4. Gallus de fruct.b.disp.2. art.4.nu.25. Serafin.dec.1245. Rota rec.dec.302.nu.1. par.17. Rota* post *Zacch.de salar.dec.5.nu.3. Pacion.sup. nu.79.seqq. Caualer.dec.361. Iordan.lucubr.vol. 3.lib.14.tit.17.nu.590. Rota p.18. dec.703.* quo tempore *Hermosill.gl.6.l.56.tit.5.nu.9.seqq.*

Valor fructuum secundum cursum Platearum, & Mercatorum, *Sabell.* post alios *§.valor.nu.3.* probatio valoris illorum non subsistit non probata quantitate bonorum, *Gratian. disc.789.nu.8. Rojas dec.34.num.4. Contrius disc. 10.nu.11.*

Valor fructuum probatur articulando, quod pluribus diebus talis anni, tales fructus fuerunt venditi tali pretio, *Lup. de vsuris ad l. curabit nu.166.seqq.C.de act.empti*, Vel sufficit probare valorem fructuum de tribus annis præteritis de proximo, *Lup.sup. n.171.* Deductis expensis, *Cutell.de donat.tom.1. disc.2. p.6. num.151.*

Valor Syluæ Ceduæ quis, *D.Saminiat.controuers.45.nu.1.& seqq.*

Valor pensionis domus qualis, *Surd.decis.* 270.vbi *Hodierna:*quanti actor locasset, & no quanti condemnatus conduxisset, *Mantica de tacit.lib.*11.*tit.*2.*Trentacinq.lib.*3.*var. tit.de pignor.res.*2.*Castill.dec.*143.*nu.*33.*seqq.*

Valor mobilium, & se se mouentium, probandus est per aliquos dies ante, & per aliquos post contractum, *Pacion.sup.num.*183.per testes, *Hermosill.gl.*6.*l.*56.*tit.*5.*p.*5.*nu.*116.117. *& gl.*5.*nu.*19.22.*&* 23.*D.Constantin.ad stat.Vrbis annot.*46 *nu.*242.*seq.* variatur in dies, *Rota dec.*23.*nu.*14.*post* 1.*vol.co. fil. Ramon.*

Valor victualium in dies variatur, *Salgad. labyr.p.*1.*c.*29.*nu.*31.*Pacion.sup.n.*184.*Andreol. contr.*145.*Merlin.dec.*441. *D.Constantin.d.annot.*46.*nu.*121.Vbi quod detrahitur impensa pro illis adducendis ad Ciuitatem, *Antonell.de tempor.lib.*2.*c.*87.*nu.*6. *Ricc.collect.*3147. *Rota dec.*8.post *Zacch.a de salar.nu.*4.5.*Card.Luca de regal. annot.ad disc.*44.*& seqq.*

Valor frugum varius est in diuersis temporibus anni, & ideo solet eligi media via, *Pacion.sup.n.*185.D.*Constātius in prag.*6.*de magistr. art.nu.*9. Tritici est ille, qui habetur in mercatis, *Rojas dec.*34.*nu.*4. *Contrius dis.*10. *num.*11. *Conciol.ad stat. Eugub.lib.*5.*rubr.*18.*nu.*1. *R.*Reuert.*&* Marin.*dec.*453.*n.*6.*Capon.disc.*136.*n.*10.

Valor frugum non probatur tempore messis, Pacion.*sup.n.*186.*Andreol.d.contr.*145. *Merlin.d.dec.*441.

Valor frumenti non crescit vltra trienniū *Hodiern.& Surd.dec.*81. *Tusc. lit.I. concl.*307. *nu.*9.*Diana res.*17.*p.*1. *tract.*8. *& p.*11. *tract.*6. *res.*18.*seqq.Ricc.coll.*3436.*Pacion. de locat.c.*37. *nu.*70.*Bich.dec.*580.*nu.*29.*Rota p.*9.*rec.dec.*421 *num.*9.*seqq.Escobar.de ratiocin. cap.*17.*num.*21. *Bich.dec.*86.*nu.*13. *Contrius disc.*10. *nu.*5. Vide *dec.*8.*nu.*15.post *Zacch.de salar.*

Valor rei arguitur à valore aliorum rerum similium, *Pacion.sup.n.*187. Et rerum vicinarū eiusdem qualitatis, & non deteriorata *Ciarlin. contr.*40.*nu.*39.*Giurba ad Consuet.Mess.c.*6.*glos.* 12.*nu.*8.*Mascard.conclus.*657.*nu.*9. *concl.*1369. *nu.*34.1403.*nu.*34.*Gobius consult.*127.*nu.*162. *R.Marinis lib.*2.*c.*104.*num.*11. & ibi *Luca,Noguerol.alleg.*18.*nu.*22. *& seqq. D.*Constant.*sup. sup.nu.*89. Et ex instrumentis pluribus venditionis bonorum vicinorum, non probatur, si probetur, quod res vendita non erat illius qualitatis, & bonitatis prædij, de quo lis est, *Vrceol.consult.*3.*num.*29.Nam pretia rerum variantur ex varietate locorum, *Larrea dec.*10. *nu.*24.*Borgia Inuestig.lib.*15.*c.*2.*n.*19.

Et licet aliqui dicant non sufficere vnicum Instrumentum venditionis rei similis, *Seraphin.dec.*433.*nu.*4.*D.Constantin.sup.nu.*90.

Tamen in contrarium est veritas, & sic vnicum instrumentum sufficit, *Rota* apud *Nigr.de subhast.dec.*25.*num.*7.*Cyriac.contr.*255. *nu.*4.*R.Marin.d.cap.*104.*num.*11.12.*Andreol.d. contr.*390.*nu.*28.*seqq.*

Sic valor rei, licet aliqui dicant non probari ex locationibus, *Fontanell.dec.*62.*nu.*1. *Rota p.*18.*dec.*668. *Constantin.sup.nu.*92.*Antonell.de temp.lib.*2.*c.*87.*nu.*9.*Ioanius gl.*22.§.18.*nu.*107. *Rota p.*18.*dec.*668. *Ludouis.dec.*76. *nu.*5.6.*p.*2. *diuers.dec.*116.*nu.*1.*Duran.dec.*307.*nu.*7.*Angel. de meliorat.art.*3.*nu.*36. Tamen in contrarium est veritas, *Bursat.cons.*184.*num.*15.*Casal.cons.* 496.*nu.*24.*Cyriac.contr.*255.*nu.*3. *& seqq. Niger.de subhast.c.*15.§.1.*nu.*9. *Fontanell. de pactis cl.*4.*gl.*18.*p.*1.*n.*51.*Cutell de donat.tract.*2. *disc.* 2.*p.*6.*nu.*146.*seqq.Ciroc.disc.*76.*nu.*40.maximè concurrentibus adminiculis, *Beltramin.ad Ludouis.dec.*101.*nu.*4.5.*Rota rec.p.*1.*dec.*158.*nu.*8. *Andreol.d.contr.*390.*num.*8. maximè si locationes sine geminatæ, *Ciroc.sup.Noguerol.alleg.*18. *nu.*36.*& alleg.*32.*num.*119.120.*D.Rota ad Rouit.cons.*56.*nu.*5.*lib.*3.*Cutell.dec.*35.*nu.*150.*tom.* 2.*Berlich.conclus.*82.*nu.*49. & 84.*p.*1. decisum refert *D.Gaston.disc.*43.*nu.*19.*Hermosilla gl.*56 *tit.*5.*nu.*12.*seqq.Duran.dec.*419.*n.*11.

In valore rei stabilis, debet haberi ratio tēporis, loci, qualitatis, & redditus, *Cyriac.contr.* 455.*num.*45.ex *tex.l.si quos,*C.*de resc.vendit.* Et valor habetur ex valore prædiorum vicinorum, *Noguerol.alleg.*18.*nu.*22.*& seqq.Antonel. de loco legal.lib.*2.*c.*5.*num.*54.*Gaill.lib.*2.*obs.*69. *nu.*20. *D. Constantin.sup. Hermosill.sup.* Nam valor crescit, & diminuitur tempore, *Palma alleg.*211. *nu.*39. *Card.Luca de alienat. disc.*57. *num.*9.*de Iudic.disc.*33. *ex num.*33. *Cyriac.contron.*453.

Valor diminuitur si prædium sit distributum in plura corpora, *Card.Luca de empt.disc.* 24.*num.*3. *R.Marin.lib.*2. *cap.*42. *& ad Reuert. dec.*453.ex *l.maeuius*, *§.infundo,ff.de leg.*2. vel vendatur pars rei, *Hermosill.gl.*6.*l.*56. *tit.*5.*p.*5. *nu.*92.*D.Constantin.d.annot.*46. *nu.*248.*seqq.& num.*112.

Æstimatores malè æstimantes tenentur de proprio, *l.*1.*C.de discussorib.lib.*10.quod intellige, in subsidium, *Costa de remed.subsid. remed.* 51.*nu.*5. sed rectà via possunt conueniri si sint conuicti de lata culpa, aut dolo, *Costa sup.Sol.in consilt.subaud.tit.de cens.solut.p.*3.*gl.vnic. nu.*4. maximè si iurasset bene æstimare *Borrell.cons.* 84.*nu.*5 *seqq.Maluas.cons.*111.*nu.*5.*Nouar.in l. Instar.C.de Iure fisci lib.* 10.*nu.*15.*seqq.Carpan. ad stat.Mediol.c.*170.*nu.*8. Et cum dolo, tenentur pœnè falsi, *nu.*26.

Sic Calculatores, qui steterunt in mora calculandi, tenentur parti læsæ ad interesse, quod ex tali mora passū est, *Molin.super Constit.Paris.tit.*1.*gl.*3.*nu.*8.*Garz.de expens.c.*24. *num.*25. *Menoch.de arbitr.cas.*341.*nu.*5.*lib.*2.*Nouar.in l.* 1.*C.de discussor.lib.*10.*n.*3.

Æstimator, aut Calculator à parte, seu Iudice electus an possit renuere, an verò Inuitus compelli possit ad acceptandum, distinctio est, aut talis æstimator, vel calculator à publico est destinatus, & non potest non æstimare, & si renuat etiam carceratur, aut à parte, & sic, *Molin.sup.num.*8.*Garz.de expens.d. cap.*24. *num.*

num.26. Nouar. suprà numer.4.

An possint recusari, & distingue Tres casus. Aut æstimatores,& Calculatores fuerunt ab vtraque parte electi, aut quilibet suum nominauit, aut aliquẽ ex illis, ob partis contumaciam nominauit Iudex. Primo casu non est locus recusationi, nam quod semel placuit amplius displicere non potest, *c. quod semel de reg. iur. in 6. Tusc. lit. Q. conclus. 4. Vaz. axiom. iur. lit. V. n. 163.* & quæ ab initio sunt volũtatis, tractu temporis sunt necessitatis, *l. sicut, C. de action. et obligat. l. in commodato, §. sicut ff. commodat. Serafin. dec. 427. Tusc. lit. C. conclus. 983. Card. Luca de Iudic. disc. 33. n. 24.*

Secus si post electionem superueniat suspicio, *Maranta de ordin. Iudic. p. 6. nu. 27. seqq. Nouar. sup. nu. 5.*

Secundo, & tertio casu quando æstimatores fuerunt separati à partibus, vel Iudice electi, Tu meum, & Ego tuum possumus recusare, non solum ratione suspicionis, sed etiam imperitiæ, *Garzia sup. Auth. dat. de exeq. mandatis c. 32. nu. 10. Nouar. sup. nu. 5.*

De peritis æstimatoribus latè, etiam *D. Angelis de meliorat. art. 6. Nouar. in pragm. 2. de Magistris Artium.*

534 Redeundo ad locũ, vnde discessimus, quo ad læsionem in oblationibus factis, in casibus, quibus restitutioni est locus, ab ipso minore, Ecclesia, vel republica est petenda, & non à secundo licitatore, quia hoc beneficium nisi ab habente speciale mandatum intentari non potest, *l. illud, §. si talis, ff. de minor. Amat. de. 97. num. 6.*

535 Admittitur noua oblatio, quando bona debitoris ad petitionem creditorum subhastantur, & de eorum interesse agitur, etiam extincta candela, *Masull. ad Capyc. dec. 36.* vbi decisum per S. C. refert, *Thor. in addit. ad Ponte de potest. proreg. tit. 3. §. 5. & in comp. dec. tom. 1. 2. 3. sect. 2. verb. oblatio melior. R. Marin. lib. 1. cap. 74. nu. 8. Salgad. labyr. p. 2. c. 2. à nu. 12. Amat. d. resol. 38. nu. 3. Giurba obs. 98. nu. 5. Nouar. in l. si tempora, C. de fide. & iure hast. fiscal. lib. 10. Add. ad Sanfel. dec. 332. Ricc. collect. 1726. Fontanell. dec. 223. & 520. nu. 17.* decisum refert anno 1698. per S. C. in venditione Terræ Parabiti, cum Curatore Patrimonij, & Creditoribus *D. Marat ei super pragm. sing. 214. nu. 30.* vbi dicit ante captam possessionem recipi oblationem, etiam minus decima, vel sexta, *D. Corradin. de prælat. qu. 66. num. 6. seqq.* alias decisiones refert *Pisan. in annot. ad Ritus Regiæ Cameræ rubr. 1.* de Incantis promissis infra triduum, & post triduum *num. 49. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. 158. nu. 15. 16. Brancia alleg. 56. in alleg. R. Marinis, D. Galeot. resp. 14. nu. 23. 34. Albrit. de Inconstant. qu. 43. nu. 69. & seqq. Sabell. §. subhastatio nu. 11.*

Et ante traditã possessionem, *Reg. Marinis tom. 3. d. alleg. 56.* Et ad Instantiam creditorum, non ipsius debitoris, *Capyc. Latr. consult. 121. nu. 48. Posth. de subhast. insp. 35. nu. 116. seqq. Rota post eundem dec. 40. nu. 8. Magon. dec. Flor. 132 num. 3. Fab. in C. tit. de distract. pignorat. defin. 34.*

536 Quæ omnia procedunt, si illa noua oblatio, deductis expensis, esset alicuius vtilitatis Creditoribus, *Amat. d. res. 38. nu. 3. Salgad. labyr. p. 2. c. 2.* vbi à *nu. 85. ad finem*, probat adueniente noua oblatione, nouum licitatorum esse audiendum coram Iudice concursus, & non coram Iudice primi oblatoris, nam venditio per primam oblationem non fuit perfecta, nam illa habebat clausulam de Iure: Nisi venerit alia melior oblatio, *Nos ad Rouit. cons. 70 nu. 18. lib. 2. Nouar. in l. 1. C. de fide Instr. & iure hast. fiscal. lib. 10. nu. 9. Corradin. de prælat. qu. 66. nu. 7. Rota dec. 584. nu. 7. 8. p. 4. tom. 3. rec.*

537 Sed quod tale priuilegium creditoribus exclusis non competat, dicit *Hermosil. sup gl. 8 l. 53. nu. 47. l. congruit,* & ibi *Luc. de Penna, C. de locat. præd. Ciuil. lib. 11. et in l. si tempora,* & ibi *Bar. nu. 6. & Io. de Plat. nu. 2. C. de fide Instr. Burat. dec. 735. Rota post Mangil. de subhast. dec. 21. nu. 2. Posth. de subh ast. insp. 35. num. 117. Salgad. in labyr. credit. p. 2. c. 2. à nu. 12. Nouar. lib. 1. q. 63. nu. 14. D. Rodoer. co f. 44. nu. 9.* & ad *R. Marinis d. c. 46. nu. 2. Capyc. d. dec. 36. n. 5. Asin. de execut. §. 6. c. 10. nu. 20. Guttier. pract. lib. 1. c. 38. num. 3. R. Ponte cons. 53. Marcian. disp. 50 nu. 20. Guid. Papa dec. 536. Idem Thor.* sibi contrarius *p. 3. comp. verb. venditio rei fol. 405. Ricc. coll. 1726. Franc. Marc. dec. 566. D. Georg. alleg. 6. num. 26.* decisum refert *Manfrell. ad Capyc. Latro dec. 158. nu. 17.* vbi decisum refert per S. C. die 26. Octobris 1668. in causa creditorum Philippi, & Emanuelis Lucariello, cum Doct. Francisco Mollo; *D. Galeot. resp. fis. 14. nu. 8. Thor. in comp. verb. oblatio, Amat. res. 38. nu. 3. Albrit. de Inconstat. in Iudic. qu. 43. nu. 69. seqq.* Quamuis creditores ipsi non essent citati, nè eludantur emptores subhasta fiscali, *Fontanell. de pactis nuptial. tom. 2. cl. 5. gl. 8. p. 8. num. 48. seqq. & dec. 218. 222. 255. Corradin. de prælat. qu. 66. num. 8. Card. de Luca de iudic. disc. 40. nu. 81. in fine,* vbi in *Rota Romana.*

538 Solum posset competere quando inter dictos creditores ad essent personæ priuilegiatę, putà minores, Ecclesia, Resp. aut alij, *Salgad. sup. Quæsada diss. 5. num. 43. D. Tristany dec. 55. nu. 17. tom. 2. D. Gaston. discept. 46. nu. 12. Criuel. dec. 44. numer. 5.* quamuis contra dicat *Hermosill. sup.* Vel quando aliquis dominus rei subhasta venditæ non fuisset citatus, decisum refert per suum Senatum *Fontanell. in addit. ad decisiones tom. 2. in fine.* contra per eum dicta *d. dec. 222. nu. 20.*

Competeret tamen creditoribus posterioribus Ius offerendi, si emptio sit facta ab aliquo Creditore, secus ab extraneo, post alios *Nos ad Rouit. cons. 12. num. 4. 5. lib. 3.* vbi *num. 1. DD. contrarij D. Romaguer. ad Conciol. ad stat. Eugub. lib. 2. rubr. 19. n. 50.*

539 Et in casu quo post captam possessionem, noua oblatio reciperetur, tunc ille primus offerens præferretur omni alio offerēti pro pretio maiori ab alio oblato, *Fab.in C. tit. de distract.pignor.desin.34.R.Marinus lib.1.c.147. nu.* & ibi *Rodoer.nu.4.& d.resol.74.nu.7. Fontanell. dec.223.& 520.Thoro vot.72.nu.15.lib.1.Ferrar.p.3.obs.515.* & decisum per S.C.pluries refert *Manfrell. ad Capyc.Latro dec.159. num. 22.D.Galcot.resp.14.nu.25. Card.Luca de regal. disc.81.nu.25.Valenz.cons.75. nu.17.* alias decisiones refert *D.Maradei sup.pragm.ad sing.214. R.Capyc.Latr.dec.159.Theodor.alleg.45.à num. 27.Rodoer.cons.44.nu.3.Vela diss.17 nu.32. Gaston.discept.46.nu.13.D.Galcot.resp.14.num.25. Card. Luca de regal.disc.81. num.25. R.Valenz. cons.75.nu.27. Vela dissert.17. nu.32. Rodoer.ad Marin.d. res.147.* decisum refert *Manfrella ad* Capyc. *Latr.dec.158.n.22.*

Sed contrarium est verius, & bene fundat *Corradin.de prælat iur. q.64.66. nu.14. Luca ad Capyc.Latr.consult.5.nu.11. Barbos. vot.81.nu. 7.18.lib.3.Redolfin.prax.p.1.c.15.n.126.*

Sed si creditor offerat emere subhasta bona debitoris, & in sui beneficium sit extinēta candela tunc creditores posteriores habent ius offerendi, *Nos ad Rouit.obs.12. nu.3.4. lib.3. Olea de cess.Iur.in addit.ad tit.4.qu.3.nu.18.Brilla ad* Consuet.*Neapol.tit.24.c.1. D.Merlin.contr.68. num.6.lib.2. Franch.dec.69.* & ibi *Luca & obs. 224.450.Mesa res.6.37.D.Rota con l.23.Pilaia dec.Canon.lib.2.c.9. à num.92. D.Romaguer.ad Conciol.ad stat. Eugub.lib.2.rubr.19.num.50.*vbi *Nos laudat*.

Sic Fisco admittente nouam oblationem post perfectum contractum, & volente denuò licitari illo, qui fuerat vltimus oblator, & rem obtinuerat, an admittatur ad offerendum id, quod alius offert, & habeat de iure prælationem, quod sic, post *Odofr.Andr. de Barulo Reg. Ponte de potest.Proreg. tit.de regal. Imposit.§.5. nu.58.Gregor.Lopez l.5.tit.13.lib.9.recopil.gl.2. ad finem, Azoued.ad l.2.tit.2. lib.2. nouæ recopil. num.15.*decisum pluries refert *R.Marin. lib.1. c.147.nu.9.in fine, Fontanell.dec.520.nu.10.Caeuall.qu.756.nu.65.seqq.Guttier.pract.lib.1.q.38 nu.6.& de gabell.qu.140.num.10.seqq. Mari ad Gizarell.dec.5.nu.13.Nouar. ad pragm.tit. de offic.Proc.Cæsaris prag.71.coll.11.nu.4.Thor.in comp.dec.p.3.sect.2.vers.præferri,& voto 72. p.2 Corradin.sup. num.12.* Etiam in conductione prædiorum fiscalium, & gabellarum fiscalium, *Pacion.de locat.cap.20. num.112.seqq. Gratian, disc.357.nu.7.*Et *num.19.*etiam in conducentibus à Municipio, & Castro, *Pacion.sup.nu.113. Guttier.pract.lib.1.qu.38.nu.6. Caeuall. qu.756, nu.62.seqq.* Sed non præferretur si esset debitor, pro pensionibus decursis, vel renunciasset inquilinatui, & fecisset pactum de vacuando finita locatione, G*ratian.sup.nu.22. Rota dec.691.nu.11.p.1.rec, Pacion.sup.num.116.* vbi *nu.seqq.* quid in conductoribus bonorum Ecclesiæ, Hospitalis, & alijs.

Sed contrarium verius est, quod scil. nulla competat prælatio, sed quod admittatur is, qui primo obtulit, & contraxit, vt quilibet alius ad plus offerendum, & vincendum, *gl.& Barbos.in d.l.si tempora nu.8.* vbi *Platea nu.3.Perez nu.6.Amaya nu.26.seqq. Gizzarell.dec.5.n.27. Babadill.in polit.lib.3.c.4.nu.21.Barbos.voto 81 nu.18.*& per totum *lib.3.Rumm.ad Affl.de iure prothomis.3.notab.à nu.16.in fine*, vbi decisum refert, Reg.*Capyc.Latr.dec.159. Oter.de pascuis c.31.nu.24.seqq. Thor. vot.72. p.2. & in comp. dec.p.3.sect.2.vers.præferri,Corradin.sup. nu.13. Fontanell.dec.520.num.5.*Dicit *Fontanell. d.dec. 520.num.9.& seqq.* vbi decisum refert, quod possit prior oblator supplere pretium ab alio oblatum, *R.Marin.d.c.147.nu.5.& seqq.Corradin.q 66.nu.13.*vbi dici posse maius pretium offerre, sed non præferri, *Ridolfin.in praxi p.1. c.15.nu.126.Barbos.vot.81.nu.7.18.lib.3.*

Sed id verum non est, nisi dicas, quod aut fiscus prætendit ex læsione in Integrum restitui, & tunc quia datur optio emptori, aut conductori an velit iustum pretium supplere, vt in omnibus alijs restitutionibus, quæ dantur minoribus, proinde si emptor supplet, res ab eo non aufertur, nam cum restitutio plus nequeat plus tribuere, quam læsio abstulit, *l.quod si minor, §.restitut, ff.de minor.* Ideo si emptor suppleat id, in quod Fiscus est læsus, vltra procedendum non est, vt de minore, *Cozadin. cons.44.nu.14.seqq.Suar.allez.21.nu.5. Marin.d. c.147.nu.5.6. Fontanell.dec.520.num.6.7.* decisum refert *Vrsill.ad Affl.dec.340. nu.8. Garz.de expens.c.18.nu.44.Corradin.sup.n.16.*

Et licet contra dicat R.*Ponte d. §.5. nu.5. & seqq.fol.188.*dicens quod hoc casu nulla est vēditio tamquam facta sine solemnitatibus, inter quos est iustum pretium, ac proinde quod nulla datur suppletio. Tamen *DD.*per ipsum allegati id non dicunt, nisi fraude concurrente, quæ ex maxima læsione posset præsumi, *D.Rosa consult.27.n.42.43.Corradin.ibid.*

Aut Fiscus vult denuò licitari, aut vendere, ex quo fraude, vel gratia contractus est initus, & tunc quia contractus ille primus est nullus, *l.3. C. de iure fisci lib.10.* merito emptori illi nulla dabitur facultas pretij supplendi, *Accurs. in d.l.3.*vbi etiam *Bal.nu.5.Io:Plat.n.6. Amaya nu.50.Valenz.cons.19.Lanar.cons.63. nu.1.seqq. Corradin.sup.n.17.*

Aut Fiscus nec petit restitui, nec vult annullare contractum ex capite doli, fraudis, vel gratiæ, sed tantum vult nouas admittere oblationes, & denuo rē licitari ex priuilegio *d.l.si tempora* in locis vbi ita practicatur, & tunc quia opus est, vt nouus fiat contractus, *Fontanell.d.dec.520.nu.10.*& prima emptio resoluitur, ac si nunquam facta fuisset, merito ius supplendi emptori, aut conductori non datur, sed tantum facultas iterum offerendi, & vindicandi, *Corradin.ibid.n.18.*

Qui-

Quibus resolutis dicimus, quod in his casibus, quibus fiscus nouas recipit oblationes ex priuilegio *d. l. si tempora*, si res alteri detur, & primo emptori, aut conductori auferatur, primus ille, fructus omnes quod recepit, compẽsatis prius expensis factis, debet secundo emptori, aut locatori restituere, ad instar adictionis in diem, cum enim emptio sic contracta, allata meliori conditione resoluatur, ac si nũquam facta esset, *l. 2 ff. de in diem addict.* Ideo emptor omnes fructus, quos percipit, venditi iudicio præstare venditori tenetur, *l. vbi autẽ, §. in fundo, & item quod, §. si quis extiterit, ff. de in diem addict. Mantica de tacit. lib. 4. tit. 28. nu. 16. & seqq. Barbos. in l. diuortio in princ. nu. 89. ff. solut. matrim. Corradin. sup. nu. 19.*

Sed si fructus sint consumpti, tenebitur ad illorum æstimationem, nisi tamen dolo illos consumpsisset, putans fraudare nouum oblatorem, vel Fiscum, quia tunc tenebitur etiam ad interesse, prout de eo, qui sal totum fraude vendidit, sciens deberi denuo licitari salinam, post *l. sern. Idem Corradin. sup n. 20.*

Et prior conductor debet soluere veras expensas factas, & res quæ emerat pro illa conductione, & operas quas impedit, sine fraude, *Guttier. pract. lib. 1. q. 38. nu. 7.*

Nouus oblator an possit petere lucra, quæ interim ex contractu habuit prior, difficultas est, nam *Azeued. in l. 2. tit. 1. l b. 2. noua collect. Regni nu. 16.* respondet, & quod valeat talia lucra repetere, sed *Guttier. d. c. 38. nu. 8.* dicit, quod volente primo licitatore petere damna, & expensas, ac sui laboris mercedem, tunc possit secundus petere lucra: si vero noluerit hæc petere, sed potius desistere, & malit lucra retinere, expensum autem, & laboris estimationem non petere, tunc nec alius secundus licitator lucra possit petere.

Sed de æquitate hæc possent procedere, nam de rigore aliter respondendum est quando fiscus ex priuilegio *d. l. si tempora*, alteri licitatus est, nam aut ista lucra processerunt partim ex administratione bonorum primi oblatoris, & partim ex natura rei, & tunc ea, quæ ex cura diligentia, & administratione primi orta fuerunt, ad ipsum spectare debent, quia deducuntur tamquam ipsæ impensæ, *Barbat. de diuis. fruct. p. 2. c. 5. nu. 30. & seqq.* Sed ea, quæ ex natura ipsius rei exorta sunt spectabunt ad fiscum ipsum, & non ad secundum licitatorẽ, nam si procedere debemus secundum leges de adictione in diem loquentes, clarum est, quod, cum ista lucra sint fructus, ad fiscum vẽdentem spectabunt. Sed his omnibus obstat *tex. in l. fin. ff. de iure fisci*, vbi quod fructus percepti medio tempore, quo fit adictio, & quo res ad primum emptorem fiscalem permanebat, spectant ad ipsum emptorem, & non ad fiscum venditorem, vel secundum oblatorem, *Aman. de Claris equis sing. 125. Costa de ration. rat. q. 129. n. 16, Barbat. de diu. fruct. p. 2. c. 5. n. 22*

Sed veritas est, quod dictus *tex.* tantum dicit, quod fructus ad fiscum venditorem resoluta venditione spectant, si modo inter primã, & secundam licitationem percepti sint, & quamuis postea referat contrariam sententiã, tamen dicit ab hoc tractatu in ea specie recessum fuisse, quoniam erat tempus vindemiarũ, & pendente vindemia, vtraq; licitatio interuenerat, & sic dum nulli fructus fuerant collecti, non fuit opus disceptare amplius de hac difficultate, vnde vel *tex.* nihil resoluit, vel si resoluit potius pro fisco dicit, dum asserit procedendum esse iuxtà leges loquentes de addictione in diem, secundum quas fructus ad venditorem spectant, *Barbos. in l. diuortio, in princ. nu. 89. 90. Amaya in d. l. si tempora nu. 51. & seqq. Corradin. sup. c. 65. n. 22. & seqq.*

Sed expensas, & sumptus necessarios, quos prior oblator per interim fecit, valet petere, si fiscus non curet fructus habere, ex quo sint modici, & non æquiualeant expensis factis, & emptor petit dictas expensas actione empti, & venditi, *l. Imperatores, ff. de in diem addict. Mantica de ta. u. lib. 4. tit. 28. n. 38. Corradin. sup. num. 24.*

Quæ dicta procedunt quando fiscus vtitur tali priuilegio addictionis in diem, secus si restituatur ex læsione, nam tunc fructus restitui non debent, *Amaya in d. l. si tempora nu. 48. & seqq. Corradin. sup. n. 25.*

540 Admitteretur etiam noua oblatio, si Ciuitas, vel Domini bona sua sub forma, & conditionibus, quibus regiæ gabellæ locantur, licitassent, vel nisi esset consuetudo antiqua post perfectam licitationem adiectio quarti admittatur, *Auendan. d. c. 12. nu. 10. Guttier. d. qu. 142. num. 7. Hermosill. num. 48. Sabell. §. subbastatio. num. 11.*

Admittitur noua oblatio in locatione rei, facta per administratorem, *Gratian. disc. 46. nu. 8. si sit in 6. Amat. cons. 87. Cutell. orat. 1. num. 195. Magon. dec. 132. Thor. in comp. verb. oblatio p. 3. sect. 2. Amat. res. 38. in fine, Mastrill. dec. 84. Ricc. collect. 1726. Add. a l Affl. dec. 340. n. 6.*

Prout in re Ecclesiæ, *Mastrill. dec. 84. num. 8. Griuell. dec. 44. nu. 5. Card. Luca de regal. disc. 81. nu. 12. Sabell. §. subbastatio. n. 11.*

541 Admittitur noua oblatio quando deliberatio est nulla, *Parlador. rer. quotid. lib. 2. p. 5. §. 23. nu. 10. Franch. dec. 224. num. 2. Ponte de pot. Proreg. §. 5. nu. 33. Mastrill. dec. 84. num. 6. Amat. resol. 30. nu. 20. Amaya in l. 4. nu. 20. 23. C. de fide hastæ fiscal. Postius de subhast. in add. ad inspect. 57. nu. 8. Trauchedin. consult. 68. n. 16.*

Et quando est nulla tunc res vendita euocatur etiam à Tertio, vna cum fructibus, cum venditio reuocetur non ex nunc, sicut in appellatione, sed ex tunc, *Nos de nullit. Iudic. rubr. 5. q. 44. nu. 7. Antun. de donat. c. 38. nu. 62. D. Romaguer. ad Conciol. ad statut. Eugub. rubr. 19. lib. 2. nu. 66.*

Et perfecta iam venditione per oblationem,

nem, fructus rei pendentes ex tunc spectant ad offerentem, *Spino conf. 32. Sabell. §. subhasta- tio nu. 9. Gusinan. de euictione q. 22.*

542 Subhastatio requiritur in locatione rerum publicarum, *l. locatio, in princ. ff. de publ. & vectigal. l. 2. C. de vend. reb. Ciuit. l. loca, C. de locat. præd. ciuil. fisc. Auendan. de mandat. princ. p. 2. cap. 12. Osasch. dec. 109. Escob. de ratiocin. c. 16. nu. 3. Amat. resol. 38. nu. 14. Capibl. sing. 375. Alfaro de offic. fiscal. gl. 34. §. 2. Postius de subhast. inspectr. 3. nu. 60. &* per totam, *Sanfel. dec. 332. nu. 4. Mangil. de subhast. qu. 34. nu. 11. seqq. Nig. eodem tract. c. 3. tract. 15. nu. 7. Affl. dec. 340. Viu. dec. 350. nu. 1. 2. Addit. ad Sanfel. sup. Ridolfin. in praxi par. 1. c. 15. nu. 1. & seqq. & nu. 123. seqq. R. Tap. tom. 6. Iuris Regni tit. de locat. & vendit. rer. fisc. R. Mariu. lib. 1. ref. 147. nu. 23. Pisanus super* Ritus R. C. *post pragm. 71. de offic. proc. Cæsar. tit. de Incant. rubr. 1. nu. 145. seqq. & tit. qualiter præcessor, & c. rubr. 25. num. 37.* R. *Galeot. resp. 14. nu. 14. Tranchedin. d. consult. 68. num. 1. Sabell. §. subhastatio, Gaston. discept. 43. lib. 2. Giurba obs. 97. 98. Rouit. conf. 49. lib. 2. Castill. dec. 91. nu. 9. Salgad. Labyr. p. 3. c. 4. Hodiern. contr. 40. num. 50. Luca ad Capyc. Latr. consult. 5. nu. 12. Nouar. in l. 1. C. de fid. Instr. & iure hast. fiscal. lib. 10. Ripol. var. c. 12. nu. 82. Ganauer. conf. 2. n. 151.*

Sed si venditio fiat per Principem, aut Viceregem, tunc non requiruntur subhastationes, *Minad. in constit. In aliquibus 5. notab. nu. 7. fol. 133.* Existente præcisa Regni necessitate, R. *Sanfel. dec. 332. Ricc. coll. 1736. Sertor. post responf. Sadarin. fol. 200. num. 33. Montan. de regal. verg. vectigalia nu. 9. Caluin. de æquit. lib. 7. cap. 206.* R. *Ponte conf. 53. 54. lib. 1.* licet contra dicat *Moles*, relatus per *Luca ad Capyc. Latr. consult. 5. n. 9. verf. Cæterum*, R. *Ponte d. conf. 53. lib. 1 & de potest. Proreg. tit. de regal. Imposit. §. 5. n. 31.* vbi decisum refert, Vide *Allegationes* in fine huius quæstionis *nu. 650.* Diximus *sup. num. 526.*

Quod procedit quando Prorex vendit mediante mandato Regis, rem ipsius Regis, secus quando venditur res possessa per Tertium, & ad instantiam Creditorum, & authoritate iudiciaria, nam tunc omnino requiruntur subhastationes, etiam si agatur de venditione ipsius met Fisci, *Minad. ibid.* R. *Rouit. conf. 49. nu. 6. 7. lib. 2. Nouar. sup.*

Et quod semper requirantur subhastationes, & aliæ solemnitates, requisitæ in venditione rerum fiscalium, non obstante dispensatione Principis supremi, vt in dispensatione Papæ in rebus suæ Cameræ, fundat, & benè *Card. Luca de Regal. disc. 201.* quem refert, & sequitur *Luca ad Capyc. Latr. consult. 5. num. 10. & disc. 81. Sartor. post resp. Sadarin. nu. 11. & seq.*

Sic etiam subhastatio requiritur in venditione, quæ fit à fisco de rebus suis, & suorum debitorum, & in locatione perpetua, *Amaya in l. 3. C. de fide instr. & hast. fiscal. lib. 10. Calà de restit. c. 20. Mangil. de subhast. qu. 34. Ridolfin. in praxi p. 1. c. 15. num. 65. seqq. Sanfel. dec. 332. Caluin. de æquit. lib. 7. c. 206.*

Sic etiam pacta Insolita, quamuis à Fisco, & Camera approbata non sustinentur, *Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 4. nu. 7. Affl. dec. 340. Ganauer. dec. 21.*

Quod subhastatio, & alia ad perfectam adiudicationem necessaria præsumantur ex spatio, & diuturnitate temporis, *Affl. dec. 178. nu. 8. dec. 368. num. 2.* Dummodo concurrat obseruantia pacifica, alias secus, *Serafin. dec. 984. nu. 4.*

Subhastatio, vt si valida debet præcedere æstimatio, *l. si quis, C. de resc. vendit. Roland. conf. 32. nu. 33. lib. 1. Affl. dec. 88. num. 5. seqq. & dec. 358. Salust. Tibert. in praxi lib. 1. c. 44. Doctissimus D. Card. Luca de iudic. disc. 40. num. 61. Staiban. ref. 3. nu. 8. ref. 20. nu. 52. seqq. ref 52. nu. 6. seqq. ref. 121. nu. 31. Nos ad* Rouit. *conf. 40. nu. 1. & seqq. lib. 2.* Cum citatione partis, *Nos ibid. nu. 3. Ciarlin. contr. 233. num. 75. Fenzon. ad stat. Vrbis c. 294. nu. 25. 28. Staib. sup. Gratian. disc. 7. nu. 19. seqq. Cur. Philipp. p. 1. §. 18. & §. 21. nu. 4.* In nostro Regno per *pragm. 2. de magistr. artiū D. Maredei sup. prag. sing. 202. nu. 14.*

Quod non requiratur æstimatio, *Gratian. discept. 7. nu. 23. & disc. 545. nu. 11. disc. 706. nu. 7. Coccin. dec. 109. nu. 14. Hodiern. contr. 40. D. Alexius ad Nicolin. in praxi fol. 17. num. 85. Affl. dec. 348. nu. 5.* Rota apud *Pacific. dec. 2. num. 1.* apud Merlin. *de pignor. dec. 53. rec. p. 2. dec. 528. num. 3. dec. 225. nu. 11. p. 5. dec. 411. nu. 10.* apud *Burat. dec. 538. nu. 1. D. Alex. ad D. Capyc. Latr. consult. 155. nu. 43.*

Sed quod non requiratur quando ad sunt licitatores dicunt *Gratian. disc. 545. nu. 8. 11. 23. seqq. & d. c. 7. nu. 19. disc. 686. nu. 3. disc. 706. nu. 4. seqq.* Rota *dec. 388. n. 15. p. 14. Mangil. de subhast. qu. 154. nu. 7. Burat. dec. 96. nu. 4. Ridolfin. in praxi p. 1. c. 15. nu. 139. seqq. Mangil. de subhast. q. 18. Rota dec. 411. nu. 9. p. 5. rec.* post eundem *Mangil. dec. 18. nu. 8. Ricc. coll. 4015. Penia dec. 1271. Sabell. §. creditor n. 12.*

Dummodo sint adminus tres oblatores, *Gratian. disc. 739. nu. 22. Rota dec. 113. p. 7. rec. ret. Bich. dec. 95. n. 25.*

Quod in debito priuato non requiratur æstimatio, tenere Rotam dicit *Gratian. disc. 545. nu. 24. disc. 706. nu. 17.* licet ipse *d. c. 7.* dicat requiri æstimationem etiam in debito priuato, de quo *Mangil. d. q. 18. nu. 9. seqq. Ridolfin. d. c. 15. nu. 145.* vbi declarat, *Rota p. 18. rec. dec. 499. num. 5.* vbi quod dicta æstimatio de stylo Rotæ requiritur solum in subhastatione, & adiudicatione pro credito fisci, & executione publicarum functionum.

Quod præcedere debeat æstimatio, tam de iure communi, quam vigore constitutionis Ægidianæ quando proceditur per viam dationis insolutum, *Affl. dec. 358. Penia dec. 1371. Tonnut. qq. ciuil. 28. nu. 1.* & quando fit adiudicatio per Iudicem creditori, *Affl. dec. 188. Capyc. dec. 202. nu. 12. Nos ad* Rouit. *conf. 40. nu. 2. lib. 2.*

lib. 2. Rouit. in pragm. 1. num. 35. seqq. de assistent. Franch. & Luca dec. 120. Mangil. de subhast. qu. 154. Conciol. ad statut. Eugub. lib. 2. rubr. 19. nu. 3 51. Postb. de subhast. Insp. 47. num. 23. Luna cons. 44. Surd. dec. 294. nu. 5. Montan. contr. 36. num. 7. vbi quod alias non consequitur fructus rei adiudicatæ, *Sanfel. dec. 117. 118. Tonnut. qu. ciuil. 28.*

Sed non fit adiudicatio, si alius maius offerat pretium, nam tunc pro pretio oblato licet sit longe maius, quam sit appretium, est facienda adiudicatio, *R. Marin. d. lib. 2. c. 41. Barbat. de assist. gl. 2. num. 29. Carleual. de iudic. tom. 2. tit. 3. disp. 1. nu. 7.* vbi quod ipse præfertur *Afflic. dec. num. 2.* Et hoc etiam contra mulierem ob viri vergentiam ad inopiam, petentem assicurationem super illis bonis pro eius dotibus, *Rouit. cons. 40. lib. 2. Affl. dec. 199. Franch. dec. 54 nu. 5. Anna sing. 296. Barbat. d. gl. 2. nu. 63.* Reg. *Marin. & Luca resp. 20. lib. 2.* Diximus *sup. num. 486.*

Secus si creditores offerrent post mortem mariti, *Marta dec. Pisan. 36. nu. 12. Viu. dec. 286. Barbat. d. gl. 2. num. 73.* vbi ponit alias limitationes.

In adiudicatione debet citari pars, *Affl. dec. 318. 178. Intrigl. sing. 174. nu. 42. D. Sebest. c. de prælat. fol. 39. nu. 39.*

Et appretium fit cum assecuratur mulier, *Franc. dec. 54.* & ibi *Dom. Luca, Pellic. ad Consuet. Auers. c. 5. num. 610. Muscatell. in praxi S. C. lib. 1. p. 3. gl. adiudicantur nu. 82. Affl. de Iure prothomis. verb. verus emptor nu. 3.*

Adiudicatio potest fieri etiam creditori inuito quando non fuit repertus emptor, vel nõ obtulit iustum pretium, quod dicitur iuxta cõmunem æstimationem, *Rota penes Posthium de subhast. dec. 1. Ridolfin. sup. nu. 137. seqq. Galter. in praxi 3. p. rubr. 5. Carleual. de iudic. tom. 2. tit. 3. qu. 1. num. 25. Affl. dec. 350. num. 5. Serafin. dec. 1478. nu. 2 Gregor. & Beltramin. dec. 12. Mangil. de subhast. qu. 160. nu. 10. seqq. Salust. Tiber. in praxi l. 1. c. 44. nu. 4. seqq.*

Sed quod perlucretur quartam partem valoris rei, *Burat. dec. 96. num. 16. Fenzon. ad stat. vrb. c. 194. nu. 61. 62. Vrsell. conclus. 52. num. 15. Posth. insp. 52. nu. 15.* licet contra, in damnum creditorum posteriorum, *Add. ad Thes. decis. 158. D. Romaguer. sup. num. 5. 6.* De qua re *Nos sup. nu. 542.*

Sed non requiritur æstimatio quando aliàs constat de iusto rei valore, nam quando pretium est adeo manifestum, vt non possit interuenire aliqua collusio, vel agitur de modico excessu, sustinetur subhastatio absque præcedente æstimatione, *Gratian. d. disc. 7. num. 22. Mangil. d. q. 18. num. 7. seqq. Ridolfin. d. c. 15. num. 143. 144. D. Hodiern. contr. 40. n. 45. seqq.*

An requiratur æstimatio debet attendi stylus Tribunalis vbi res agitur, *Card. Luca de Iudic. disc. 80. nu. 27.*

Officia potest Rex vendere præcedentibus subhastationibus, adhoc vt plures concurrant ad emptionem, Verum regij Ministri debent aduertere, vt emptores offerentes sint personę idoneæ, & timoratæ, *D. Thomas opusc. 21. Suares de relig. lib. 4. c. 8. nu. 30. 31. c. 20. nu. 6. Rebell. p. 2. de obligat. Iustit. lib. 9. q. 18. sect. 2. R. Ponte dec. 7. 16. 37. Nauar. in manual. c. 25. num. 7. seqq. Couar. lib. 3. c. 19. nu. 6. Gama dec. 29. Lopes instr. cas. conscient. p. 1. c. 130. Molina de Iustit. disp. 91.* 2. Si ex illis non possit resultare damnum Reip. & Ciuibus. 3. Si pretium sit iustum. Verum si in aliquo offerente adsint illæ duæ cõditiones, sed pretium non sit iustum æquiualens alijs oblationibus, debet recipi illa oblatio, relicta alia maioris pretij, bene *P. Molfes. sup. Consuet. Neapol. tom. 1. p. 1. c. 6. num. 16. seqq.* Licet melius esset officia non vendere, quia ex illorum venditione multa mala perueniũt, vt dicit, & bene R. *Ponte de pot. pro reg. tit. 3. de elect. official. num. 10. 13. 14. ex tex. §. Inuenimus Auth. Vt Iudices sine quoquo suffragio.* Maxime si officia habeant annexam Iurisdictionem, *P. Molfes. d. cap. 6. per totum*, adest *tex. l. si quemquam, C. de Episc. & Cleric. Nouel. Iustin. 15. vt magistrat. sine pecunia*, & nouella 115. *vt nulla pecunia data, Nouar. sup. pragm. Regni coll. 30. 146. seqq. Ballis tract. var. lib. 5. tit. de ambit. 24. Mezent. Carbonar. in suo Gubernat. Polit. Christian. lib. 1. c. 8. 9. 11. Mascard. de probationib. conclus. 1132. num. 39. seqq. Tusc. lit. O. conclus. 98. Diana p. 3. tract. 5. resol. 108. 109. & p. 6. tract. 6. resol. 3. seqq. Azor. Instit. moral. tom. 3. lib. 8. c. 7. q. 3. Christin. dec. 133. nu. 15. seqq. lib. 5. Valasc. Iudic. perf. rubr. 1. annot. 3. §. 3. Sanfel. dec. 329. Matteu Sanz de re crim. contr. 76. num. 11. seqq. & nu. 33. & seqq. Thom del Bene de parlam. dub. 3. sect. 1. nu. 5. & seqq. Cabed. dec. 24. p. 2.* bene *Doctiss. D. Nicolaus Caietanus Ageta in annot. ad Reg. Moles ad q. 4. nu. 11. & seqq. D. Philippis cisse t. fiscal. 13. num. 78. D. Roccus de offic. rubr. 2. n. 55. & seqq.*

Nam officia habentia Iurisdictionem, vt diximus vendi non debent, *Solorz. tom. 2. de Iure Indiar. lib. 2. c. 30. nu. 10. & lib. 4. c. 4. num. 12. & lib. 5. à num. 99. Cap. vnic. & lib. 6. Polit. c. 13. & lib. 5. c. 2. & cap. 4. Larrea alleg. 119. Salgad. labyr. p. 1. c. 35. nu. 2. & 2. p. c. 27. à nu. 20. Bobadill. polit. lib. 5. c. 14. & lib. 3. c. 8. à nu. 285. Couar. lib. 3. var. c. 19. in fine, Escal. lib. 1. Gazoph. cap. 44. nu. 2. & 2. p. c. 2. num. 2. 3. & lib. 2. p. 2. c. 10. Araujo. tract. 3. q. 32. difficult. 7.* & *de statu Ciuil. disp. 8. P. Marches. lib. 1. del Gubernat. c. 20. P. Molina disp. 91. Roxas de incompatibil. p. 7. c. 5. num. 150. Antun. lib. 1. de donat p. 2. cap. 14. S. nchez lib. 2. consil. cap. 1. dub. 37. & seqq. Nauar. tom. 3. in manual. c. 25. nu. 7. Cast. ion. §. officium nu. 10. & seqq. R. Marin. lib. 1. c. 283.* vbi *Luca, Staiban. resol. & obs. 100. lib. 1. D. Gaston. discept. 21. Angelis de offic. baron. c. 3. D. Galeota respons. 11. Maximil. Faust. in consil. pro Ærario class. 5. ord. 588. P. Rebell. p. 2. de oblig. Iustit. lib. 9. qu. 18. sect. 2. Card. Lugo de Iust. p. 2. disp. 34. sect. 2. Xamar. de offic. Iudic.*

Iudic.& Aduoc.p.1.qu.21. Mastrill.de magistrat. lib.2.cap.20. D. Agata suprà, Moles ad§.qu.4.nu. 1.& seqq.fol.293.p.2.Card.Luca de regal.disc.5. num.7.8. Thomas del Bene de parlamant. dub.3. sect.1.nu.5.seqq.Sabell.§.officia num.4. Vbi ampliat, vt multo magis officia vendere non possint Magistratus,& Ministri, quibus à Rege data fuit potestas officia cōferre, ex *Matth.Sanz. d.contr.76.nu.11.seqq.& nu.33.& seqq.*

Et in illorum electione mos antiquus,& cōsuetudo seruanda, *Valenz.cons.73.nu.33. Larrea dec.2 num.3.& 19.; Dom.Capoc. tom.4. disc. 293.& 363.à nu.11.*

In venditione mobilium non est necessarium appretium, *R. Marin.lib.2.c.41.nu.5.* licet secus sit in illis pretiosis, *Marin.ibid.* vbi *num.6.* dicit quod si illa adiudicentur creditori, illa potest deducere sextam partem, *D. Alex.ad Nicolin.fol.17.nu.95.100.Nos ad Rouit.cons.40 nu.4.lib.2.Idem Marin.ad Rouit.dec.451.* quod non requiratur appretium, *Carleual. de Iudic. lib.1.tit.3.disp.1.nu.10.Andreol.contr.145.Add. ad Burat.dec.538.nu.24. Guttier.qu.147. de gebell.nu.19.Constant.in rubr de appretio sup.prag. nu.2.* Diximus *sup.ex Gratian.disc.116.num.16. Altograd.cons.62.nu.21. D.Petra in rit.237.nu. 71.* Nec in sese mouentibus, *Mangil.de subhast. qu.73.Leo dec.108.num.15.* vbi de Oro, & Argento, *Hodiern.contr.40.n.57.Gratian.disc.479. nu.20.811.num.10.D.Alex. ad Capyc.Latr.consult.155.nu.42.Rosis oas.98.*

543 Vbi subhastationes sunt necessariæ,& non intercedunt, contractus est nullus, *l.1,2.C.de fide hast.fiscal. Mangil. de subhast.qu.85. Posthius inspect.3.nu.11.Amaya d.l.4.nu.13.23.Ridolfin. sup.Rou t sup.nu 5. Donad.de renunciat.cap.18. nu.36.& seqq.42. Tranchedin.nu.2.D D.sup.citati,* Nec illis renunciari potest etiam cum iuramento, *Gallerat.de renunciat.tom.2. cent.2.renunciat.113. nu.1.* vbi an possit illi renunciari, *Mangil.sup.qu.25.& q.69.num.8.Donad.d.c.18. nu.37.seqq.*

Vt in venditione rei fisci, aut debitoris fisci,& in locatione perpetua, *Ganauer.cons.6. art.3.l.1.C.de fide Instr.& iure hab.fiscal.lib.10.* vbi *Nouar.nu.11.Calà de restit.n.20.Sanfel.dec. 332.Ridolfin.in praxi p.1.c.15.nu.65.seqq. Mangil.de subhast.q.34. Amaya in l.3.C.de fide,& hasta fiscal.lib.10.*

Et quando deficiunt solemnitates solitæ debitæ in venditionibus, aut locationibus rerum fiscalium, quamuis venditio, aut locatio fiat in Collaterali Consilio coram Principe, & Vicerege, est nulla, *Fab.in C.lib.1.tit.4.defin.46.Rota p.18.rec.dec.547.num.11.Fenzon.ad stat.Vrbis c.151.nu.22.Picus ibid.cap.151.gl.11. Boer.dec.2.num.22.Rota p.4.rec.tom.2.dec.251. p.5.tom.2.dec.447.nu.19.p.6.dec.81.nu.3. Gratian.disc.940.n.3.4.Surd.cons.2.nu.12.Nos de nullit.iudic.rub.14.q.vl.*

Et dispensatio facta per Collat.Consilium, quod non fiant banna in venditione, vel locatione rerum fiscalium, non iuuat, si oblatores non habuerunt notitiam illius, *R.Capyc.Latr. consult.5.*

Et in venditione rei debitoris cuiuslibet priuati, *l.fin.C.de iure domin.impetr.Affl.dec.158 nu.5.Merlin.de pignor.lib.4.q.106.num.2.Carleual.de iudic.lib.1.tit.3. disp.1.nu.9. Mangil.de subhast.q.54.Nos ad Rouit.cons.40.nu.15. lib.2.* pro executione sententiæ, *Ridolfin.in praxi p.1. c.15.num.67.seqq.Cala de restit.c.20.Posth.de subhast.insp.7.Duran.dec.445.nu.80.Magon.dec. Flor.132.nu.9.seqq.Fenzon.ad stat.Vrbis c.194. nu.13.seqq.Posth.de subhast.insp.13.nu.75.seqq. & insp.11.Rota p.11. rec.dec.64. num.17 seqq. Christin. dec.151.seqq. 164.seqq. vol.4. & ad l. municipal.tit.1. art.33.seqq. Carleual. de iudic. tom.2.tit.3.disp.1.num.9. D.Merlin.contr.75.nu. 23.lib.2.R.Rouit.cons.49.lib.2. D.Maradei sup. pragm.sing.202.n.18.* Vide *Hodiern.contr.40.*

Et in adiudicatione facienda creditori, *Luna cons.44.nu.15.*

Et adiudicatio pro maiori summa, quam sit debitum in totum est nulla, *Rouit.cons.40.* vbi nostra obseruatio *nu.25. Magon. dec.Flor.109. Intrigl.dec.46.Put.dec.323. Mangil.de euict.qu. 146.nu.5.Surd.dec.45.* vbi *Hodiern. & Censal. Ciarlin. contr.233.nu.27. & 102. Costa de port. rat.qu.26.137.Franch.dec.173.*vbi etiam *Luca, Borrell.cons.15.nu.14.Cancer.var.lib 3.c.17.nu. 350.Rota post Zacch.de o ligat.Cameral.dec.40 num.5.Rota diuers.dec.221.p.2.* Et bona adiudicata debent restitui cum fructibus, licet consumptis,& in sortem imputantur, *Affl.dec.218 nu.4.Surd.cons 39.num.25. Hodiern.sup.dec.45. Surdi.* Quod non procedit quando erratum est in æstimatione rei adiudicatæ, *Hodiern.ibid. nu.5.* Et si adiudicatio est facta à parte extraiudicialiter, valet pro parte *D.Hodiern.sup.nu.9. Nos d.cons.40.nu.vlt.*

Priuilegium subhastationis est, quod si vendatur res feudalis, ad instantiam Creditorum, in qua requiritur regius assensus, quem impartiri est arbitrium Regis, Tamen in illa debet impartire assensum, *D.Scoppa ad D. Merlin. contr.81.nu.36.in fine lib.1. ex Sanfel. dec.292. nu.18. lib.2. Anna in repet. constit. Constitutionē Diuæ memoriæ nu.232.*vbi decisum refert. Eadem ratione, nec venditor, nec eius hæres potest reuocare ante impetratum assensum, *Tap. dec.S.C.12.nu.16.post Frec. R.Ponte de potest. Proreg.tit 6.de assens.reg.sup.dotibus, §.1.nu.16. R.Sanfel.sup.*

Requiritur in venditione facienda per executores testamentarios, *Gratian.disc.479.nu.8. seqq.Posth.de subhast.insp.5.*

Verum quæ diximus de subhastatione requisita procedunt, vt possit opponi nullitas ob illam non factam à Creditore, secus à debitore, *D.Hodiern.d.contr.40.Put.dec.252.Mãgil.de subhast.q.124.nu.8. D.Alexius ad Capyc. Latr.consult.155.nu.45.*

Appretium plurium rerum debet fieri separatim

sepa-

separatim, vt in gemmis, & similibus, *Burat. dec. 538. Surd. dec. 155. nu. 5. Posth de subhast. resp. 60 nu. 46. Tusc. lit. E. concl. 669. 670. Zuffius process. lib. 3. q. 121. Cyriac. contr. 421. 303. nu. 88. Altograd. cons. 98. nu. 5. seqq. lib. 2.*

Non requiritur subhastatio in assecuratione petita per vxorem, ob vergentiam Viri ad inopiam super re assecurata, vrgentibus Creditoribus, sed esse faciendum apprettum, decisum refert *R. Ponte cons. 126. nu. 3. lib. 2. Thor. in comp. dec. verb. appretium, an faciendum.*

Non in alienatione rerum Ciuitatis, *Gratian. d. sc. 179. 304. 861. Posth. de subhast. insp. 30. nu. 37. seqq. Guido f. n. in praxi p. 1. c. 13. n. 63. seqq. Fontanell. dec. 519. 520.* vbi refert affirmantes, sicut dicunt etiam *Capyc. dec. 36. Nouar. in l. si tempora, C. de fide instr. & iure h. st. fiscal. lib. 10. vers. prout etiam. Gratian. disc. 419. & dec. 140. nu. 3.* vbi Luca, & *Scoppa, Idem Nouar. in l. fin. C. de vendend. reb. Ciuit. lib. 11.*

Non est necessaria subhastatio quotiescũq; potest in Nundinis pretium rei certificari, veluti si agatur de pecunia, frumento, vino, oleo, caseo, & similibus, quia tunc cessat periculum collusionis, possunt vendi, vel assignari creditoribus sine dicta solemnitate, licet esset à statuto requisita subhastatio, nisi ageretur de gẽmis, vel alijs rebus pretiosis, in quibus vltra iustum pretium possit cadere affectio, & carius venui, *Gratian. disc. 811. num. 9. seqq. Posth. insp. 3. nu. 58. seqq. insp. 7. nu. 28. seqq. Conciol. ad statut. Eugub. lib. 2. rubr. 19. nu. 38.*

544 Subhastatio est nulla pluribus modis, nam subhastatio nil aliud est, quam rei venalis, vel locandæ publica expositio, plus licitanti deliberandæ, *Mangil. de subhast. q. 25. nu. 3. Posthius inspect. 1. nu. 10. Nig. de subhast. c. 2. §. 8. nu. 2.* Est nulla, si executio est nulla, *Nouar. sup. n. 23.*

Post executionem factam super rebus debitoris fit mandatum ad reluendum illas, *Affl. dec. 358. num. 3. Muscatell. in praxi gl. venduntur p. 3. nu. 12. Sanfel. in praxi tit. de contumacib. nu. 27. Nouar. qq. par. 2. qu. 37.* vbi plura, signanter quod debent incusari contumaciæ, alias diceretur circumductum mandatum, *Affl. dec. 167. nu. 4. Franch. dec. 204. nu. 18. Nouar. sup. & in prag. 3. de offic. baiul.* sed defectus talis mandati, & accusationis contumaciarum non annullat venditionem subhasta, *Fab. in C. defin. 4. tit. 17. lib. 8. & in annot. nu. 5. D. Alex. ad Nicolin. fol. 17 nu. 25. & 80. Nouar. in l. 1. C. de fid. hast. fiscal. lib. 10. nu. 24. Gratian. disc. 379. nu. 22. 23. Rota dec. 476. nu. 4. p. 2. diuers. Gratian. disc. 739. Ridolfin. d. c. 15. num. 92. seqq. Rota par. 5. dec. 237. par. 17. dec. 371.*

545 Sic debet fieri publicè, *Greg. Tholos. syntagm. lib. 47. p. 3. c. 24. nu. 7. Amaya in l. 4. nu. 79. C. de fide hast. fiscal. Nig. de subhast. c. 2. §. 4. nu. 1. seqq. Postius inspect. 1. num. 36. Ridolfin. sup. Tranchedin. d. consult. 68. nu. 34.*

Debent citari partes, *Nouar. in l. 1. C. de fide instr. & iure hast. fisc. lib. 10. nu. 24. Nos ad Rouit. cons. 40. lib. 2. nu. 16. Sabell. §. subhastatio nu. Cabeual. de iudic. tom. 2. tit. 3. disp. 2. n. 5. D. Maradei sup. prag. sing. 202. n. 14.*

In locis vbi res vendendæ sitæ sunt, & in Ciuitate vicina, vbi frequentes homines conuenire solent, *Azeued. ad l. 4. nu. 14. tit. 5. lib. 7. re. opil. Barbos. in repert. §. subhastatio.* & in loco iudicij, *l. arbitraria, ff. de eo, quod certo loco, l. si fundus, ff. de euict. Rebuff. de præcon. gl. 2. n. 6. Brunus de forma, & solemnit. actus diuiso per formas, Glusian. de datione insolut. cap. 15. num. 215. seqq. Mangil. de subhast. qu. Vbert. de citat. c. 7. nu. 68. Merlin. dec. 391. num. 7. Bich. dec. 289. nu. 16. D. Pigant. ad statut. Ferrar. tom 2. fol. 228. 229. vers. iste nullitas Tranchedin. sup. Gratian. disc. 7. num. 2.* Et in locis solitis, alias actus est nullus, etiam si sit in beneficium Fisci, *Sanfel. d. dec. 332. nu. 18. Hodiern. contr. 40. n. 50. seqq.*

1 Restitutio in integrum est in pristinum statum repositio, cum tantundem restituere debeat,quantum obstulit læsio,*l.quod si minor.§. restitutio,*vbi *Bart.*& alij *DD. ff. de minor.l.restituere,ff.de verb.signific.l.vnic.C.de reputat.*vbi *Barbos.l.1.C.de sententt.pass. Old.de restit. qu.1. art.4.Giurba dec.19.num.7.& seqq. Gobius consult.97.nu.24.Card. Luca de hæred.disc.32.n.17. D.Mansius in bibliot.tit.1.de restitut. nu.1.seqq. & tit.2.nu.205.D.Saminiat controu.48. num.4. contr.54. num.16. D.Marsius consult.373.374. 376.Canaler.d.c.180. Merlin.dec.15. R.Capyc. Latr.consult.2.nu.27.28.29.consult.46.num.16. Molignan.altercat.9.num.29.altercat.91.num.4. Fontanell. dec.595. num.9. Dom. Cons. Roccus resp.24.n.2.& seqq.lib.2.D.Celsus dec.385. num.1.& cap.1.com.nu.122.pag.13. D.Rota ad Rouit.cons.3.nu.4.5.6.tom.1.& cons.54. nu.6.& tom.3.cons.3.nu.1.Auendan.de metu lib.1. cap.6. num.30.Griuel.dec.7.num.7. Corradin. de prælat. qu.64.nu.11.Antun.de donat.tom.1.c 29.nu.68. Idem Rota de priuil. mulier.cap.4. n.157.Odd.de restit.in integ.p.1.q.1.art.4.n.44.Maurit.de restit. c.1.Ridolfin.in praxi p.1.cap.13.num.413. Canaler.dec.180.nu. 3.Hodiern.adSurd.dec.179.nu.2. Doctiss. P. Onnat. de contract. tom.1. tract.6. disp.22. Cald.Perey.de restitut. in integr.per tot. Peutenger.dec.277.Calà de restit.in integr.qu.13. nu.23.qu.33.nu.7. Maurit. de restit. Gales de restitut.in integr.c.1.nu.3. & seqq. & nu.53. 124. c.10.nu.28.Sabell.in summa verb.restitutio nu.1 Tusc.lit.R.concl.276.cum seqq.303. Picard.in §. in extraneis autem; Instit.de hæred.qualit. n.291. Gallus de fructib.disp.13.nu.51.Tranchedin.consult.39.nu.19. Cath.dec.277.fol.259.* apud *Gales.de restitut.& dec.352.fol.265. D. Palma alleg.191.nu.14.lib.1.Barbos.in l.cum in integrum num.4.C.si aduers. Transact.Cald.de restit.verb. Lasis.nu.153.Antonell.de temp.legal. lib.2.c.59. nu.2.Saminiat.contr.48. nu.4. contr.54.num.16. Odd.de restit.qu.1.nu.32.Altograd.cons.94.num. 45.lib.1.Gratian.disc.504.n.9. Postius ref.87.nu. 36.Mellin.dec.15.Rota post Cenc.dec.206. nu.3. Vrceol.consult.23. num.1. Ricc.in praxi fol.148. seqq.& fol.144.Donad.de renunciat.c.12.nu.17. lib.1.*

2 Secundum alios: restitutio est priuilegium Iuris quibusdam personis concessum,violentiæ,& fraudibus aliarum expositis,quo earum damna per repositionem rerum in pristinum resarciuntur. Siue: est repositio rerum in pristinum statum, vt damna imbecillis data resarciantur, Vel est prioris status, vel Iuris redintegratio, vt habetur in *l.ad hoc, C.de sent. pass.Repositio dicitur in l.2.§.27. ff.nequid in loco publ.l.præterea 29. l.qui restituere 78.ff.de rei vendic.Redditio in l.75.ff.de verb.obligat.*Siue: est remedium extraordinarium, quo prætor deceptos,aut læsos in eam causam, in qua ante deceptionem, aut læsionem erant,ex iusta causa reponit,ac reducit, *Wessemb.ff.de in integrit.restit.nu.1. Molin.disp.573.num.1.Bonacin. disp.3.qu.1.punt.vlt.nu.1.Menoch.cas.75. Ricc. in praxi verb.alienatio dec.39.nu.4.Hebrisens in Vocabul.Iuris.verb.restituere. Caluin.vocabular. cod.verb.restituere,& verb.restitutio,Coccin.dec. 560.Mellin.dec.15. Peutinger. dec.277. Serafin. dec.915.D.Rota de priuil.mulier.cap.4. nu.158. P.Gregor.Syntagm.lib.4.c.25.Vrceol.consult.23. nu.1.Molignan.altercat.9.nu.29.Tusc.verb.restitutio conclus.276.nu.1.& 20. Roman. cons.123. & cons.147.nu.4. Reginal.lib.25.c.9. num.144.* Sic restitutionis verbum supponit acquisitionem præcessisse, *P.Assl.contr.44. nu.23.* Sic restitutio non destruit id,quod consumatum est, *Guttier.de compensat.lib.3.q.4.n.16.*

Et restitutio reddit quod abstulit læsio, *l. quod si minor.§.restitutio, ff.de minor. cum concord.Gratian.disc.584.nu.9. Postb.ref.ciuil. c.87. nu.36.R.Marin.lib.1.c.147.nu.7. Molign.altercat.9. nu.29.*

3 Restitutio dicitur à *retro,& statuo,*quasi *retro statuere,* vt notat post *Alciat.Aug. Barbosa in rubr.nu.3.de restit.in integr. & in l.diuortio,§. fin.p.1.nu.45. circa fin.ff.solut. matrim. Tranchedin.sup.nu.19.Sansel.dec.108.n.42.*

Sic per restitutionem in integrum Contractus omninò rescinditur, *Gales de restit.comment.ad c.1.de restit.nu.123. Couar. lib.1.var.c. 3.n.11.Menoch.vsuf.eq.c.65.*

Ideo restitutio in integrum non compelit quan-

quando res non potest poni in pristinum statum, *Andreol.contr.203.nu.3.Menoch.cons.714. Cald. de restit.verb. vel aduersarij dolo num.80. Larrea dec.59.nu.20.30. Mier.de maiorat.p.2.q.4.illat.8.nu.175. Bichius dec.670. Costa de re integra dist.73. Arias de Mesa lib.1.res.41.n.9.*

Sed *Andreol.sup.nu.8.* intelligit, & declarat; videlicet non possit res ad integrum statum reponi integrè, tamen conceditur restitutio in eo, quo consistit læsio, *l.si quis Titio ff.ex quib. caus.maior.l.Iulianus,§.cum,qui ff.eodem.*

Et adeo ponit rem in pristinum statum, quod debeant restitui fructus percepti, etiam bona fide percepti, *Gobius consult.97.nu.25.27. Laynez ad Gomez var.tit.de restit.c.14.num.45.* vbi an meliorationes *num.43. Manzius Bibliotteca legal.tit.de restit.tit.2.nu.223 seqq.* Vbi de aditione hæredis, repudiatione, tutelæ actione, *Guttier.pract.lib.4.qu.69. Castill.lib.3.c.23. à nu.47. Diana tom.6.tract.3.res.165.* Dicemus *infra nu.507.*

4 Sed quia hæ definitiones conueniunt non solum restitutioni aduersus contractum, sed etiam restitutioni communi, & vulgari, quæ etiam maioribus competit; Vnde vt soli in integrum restitutioni conueniat dicendum est esse restitutionem in integrum: læsi ex æquitate Iuris, (seu mauis priuilegio Iuris) in pristinum statum repositio, *Onat.tom.1.disp.22.nu.4. Sforz.Odd.de restit.q.1. Tusc.lit.R. conclus.276. 277. Diana p.11.tract.3.res.27. Christin.dec.11.y seqq.vol.2.*

5 Beneuerum læsus tripliciter lædi potest. Primo omnino iuste, vt qui iuste condemnatur propter delictum amissione rerum suarum, vel aliqua pœna pecuniaria, & hic nullo modo debet restitui, nam restitutio non datur, nisi causa cognita, *l.omnes 3. ff.de in integr.restitut.l. Diuus Antoninus,ff.eodem l.7. Molin. disp.533. num.1.*

6 2. Omnino iniuste, vt is, qui violenter re sua spoliatur; vel decipitur vltra medietatem iusti pretii, & hic debet restitui in eo damno, quod omnino contra Iustitiam patitur, *Cald de restit.q.20.nu.30.*

7 3. Potest lædi non quidem contra rigorem Iustitiæ, sed contra eius æquitatem, & benignitatem, & tunc si habet priuilegium, vel beneficium Iuris, restitui potest. Si verò non habeat, non potest, & hæc est restitutio in integrum, de qua loquimur, & hæc est illa, quæ datur minoribus, & ijs, qui eorum priuilegijs gaudent, & est rectè definita; cum hac vltima definitione. Sic vt hæc restitutio in integrum competat non est necesse aliquem esse læsum contra Iustitiam, aut cũ eo contrahente Iniustitiam commisisse; aut ad restitutionem teneri: sed sat esse priuilegiatum illum fuisse læsũ contra Iustitiæ benignitatẽ, & æquitatẽ, vt de benignitate Iuris restituatur, si eo priuilegio Iuris gaudeat, *Onat.d.q.21.num.7.Gales de restitut.cap.8.num.1.& seqq.Cath.decis. num.11.fol.* *235.apud Gales supra.*

8 Ex quibus quæritur; an hæc restitutio in integrum sit contractus, an distractus, an effectus eorum, vel quid tandem sit? Et dicimus, quod non sit contractus, quia non requirit cõsensum contrahentium. Neq; distractum, quia non soluit obligationem iustitiæ, quam diximus non habere eum, cum quo contrahit, sed ex æquitate Iuris restitui, neq; esse necessarium effectum contractuum, quia restitutio in integrum datur, etiam ex temeraria aditione hæreditatis, *Gales de restit.c.2.num.216.220.241.* & ex inuerso ordine iuris, & non solum de dãno, sed etiam de lucro, *Gales.d.tract.cap.3.num. 19.21.32.34.35.seqq.*

Sed regulariter restitutio supponit contractum, *Valeron.de transact.tit.4.qu.1.nu.34.*

9 Nec est etiam actio omnibus contrahentibus competens, ac necessarius effectus contractus, vt *sup.* diximus, quia si maior, & minor ætate eodem contractu contrahant, maiori nõ dabitur restitutio in integrum, & minori dabitur de qua re *infrà*; Igitur restitutio in integrum est actio Iuridica beneficio iuris cõpetens priuilegiatis ad reficiendum damnum, quod passi sunt, & actio vocatur à *Paulo in l.1.seq.& 7.*vbi *Wessemb.ff.de integr.restit.nu.5. Regin.li.25.n.144.c.9.& Molin.disp.573.in fin.*

10 Alia quæstio resoluitur, quod quandocũq; minores, vel aliæ personæ, quæ priuilegijs eorum gaudent, restitui debent, non tenentur cum eis contrahentes in conscientia, restituere, quia non læserunt contra Iustitiam commutatiuam, licet non seruauerint eius benignitatem, & quia restitutio minorum non competit eis, ipso facto, & ipso iure, sed ope exceptionis, & quia est actio priuilegiata, donec læsi actione ea vtantur, non habent in actu restitutionem in integrum, *l.vnic. C. de reput. quæ fia. iudic. Reginal.lib.25.nu.147. §.secundo quod ipsi, Sanch.de matrim.lib.6.disp.33. nu.31. P.Molin. disp.224.ad finem 573.ad finem, Couar.1.var. c.3.nu.4. Reginald.lib.25.nu.146. Gomes tom.2. c.14.nu.8.*

11 Sic debet peti, *D.Palma consult.94. num.44.* post *Odd.de restit. qu.31.art.1. Mago. dec.Luc. 31.nu.25. Arguelles dec.87.Surd.cons.349.num. 62.Cabed.dec.50.*licet idem *Cabed. arrest.86.n. 1.*dicat dari, quamuis non petatur. Quomodo petatur. *Infra hic nu.15.* potest peti incidenter, *Venturin.cons.43.n.25.*

Sed non potest cogi ad illam petendam, *Iouius de solemnit.in contractu minor.gl.12.§.20 nu.41.seqq.*

12 Resoluitur alia quæstio, quæ est, An minores, & alij priuilegiati teneantur stare contractui, etiam si habeant priuilegium in integrum restitutionis, cum licet habeant hanc priuilegiatam actionem, ex alia parte opinio vera, & certa sit: eos teneri obligatione naturali seruandi contractus; quia ius, quod eis abstulit actionem, & obligationem ciuilem, non eis

abstu-

abstulit obligationem naturalem, seruandi cōtractus, sed expresse eam illis reliquit; sed hæc actio naturalis obligat in conscientia, ad seruandos contractus; ergo saltem in foro Dei non poterunt petere restitutionem in integrum.

13 Sed responsio est: contractus minorum omnes annullari, si non fiant authoritate tutorum, quia pro nullo eorum datur obligatio ciuilis, quam voluntarie, & pro suo libito, vt ita dicam, ius ciuile de suo, vel concedit, vel negat, vt expedire intelligit, sed actionem naturalem, licet non adimat, non tamen addit in contractibus, qui ipso Iure nulli non sunt, quia in his contractibus ius neq; assistit, neq; resistit, Igitur cum in his contractibus minor, si sentit læsus contra iustitiam, tunc nullam habet obligationem naturalem seruandi contractum, & ideò potest iustissimè petere restitutionem in integrum. Si verò è contra nullo modo se læsum intelligit, non poterit petere, quia hoc beneficium solum datur læsis *Gales de restit.c.3.nu.1.nu.40. seqq.116. Rota dec.318. p.12.rec.Cath.dec.nu.60.fol.140. in d. Tractatu Galesf.dec.nu.325 fol.263.Idem Galesf.c.1.nu.41 Cath.dec.nu.218 fol.254.* Si vero sentiat se læsum sed non contrà iustitiam, sed contra æquitatem, tunc non habet obligationem naturalē non petendi quod ex æquitate sibi debetur, aut illud præstandi, sed ex priuilegio sibi concesso audietur, si petat resarciri sibi damnum in iudicio, & hæc est actio priuilegiata, quæ sibi datur, latissimè *Onat.d.disp.22.sect.1.n.12.*

14 Soluitur alia quæstio, an actio hæc competat minoribus, & alijs, & sit de iure Ciuili, an verò de Iure naturæ, & vnde originem trahat? Et respondetur hoc priuilegium de Iure ciuili non de Iure naturæ, quia ius naturale priuilegia, & dispensationes non habet. Secundo, quia ante Iura hæc Romana, & de iure gentiū aliarum non erat introducta hæc restitutio minorum, & aliorum in integrum, sed pro vt ius naturale dictat eo ipso, quo excedentes infantiam perueniebant ad vsum rationis, & cōtractus facti valebant ad vsum rationis, & contractus facti valebant, & nulla ex æquitate naturali iniustis restitutio in integrum concedebatur, *Bened.Ægid.in repet.l.ex hoc Iure, ff.de Instit.& iure p.2.nu.10. Barbos in l.si curatorem, C.de in integr.restit.nu.6.* secus si esset error, *Barbos.in l.2.C.si aduers.solut.* sed magna æquitate, & benignitate ius ciuile minoribus per hoc beneficium restituendo in integrum se ostendit pater pauperum, & pupillorum, & eos protegit, & tuetur à potentia, & fraude opprimentium, *Onat.d.sect.1.num.12.* Quæ restitutio distinguitur in restitutionem ex Iustitia, & ex Gratia, ex Iustitia quando adest iuridica causa ad illam petendam, ex gratia, cuius petitio soli Principis Clementiæ innititur, *Marches.de cōmiss.restit.in integr.p.2. §.nu.47. Scacc.de appellat.q.19.remed.2.num.26.* Et dicta restitutio ex Iustitia alia est prætoria, alia Ciuilis. Prætoria est quæ iure prætorio introducta specialiter reperitur, vtpote est restitutio ex edicto minorum, & maiorum, quę etiam duplex est, alia, quæ expeditur officio Iudicis nobili, & propriè est restitutio, Alia, quæ actionis iure consequitur, cui nimirum famulatur Iudicis officium mercenarium, & impropriè in integrū restitutio vocatur; vtpote est, quæ datur ex causa doli, vel metus. Ciuilis vero est, quæ ex Principum constitutionibus descendit, *Galesf. de restitut.c.1.n.131.seqq.n.138.seqq.*

Restitutio debet peti, vt diximus *sup.nu.11. D.Guttier.de compensat.lib.3.qu.4.num.17.24.* vbi quod ante petitionem nihil operatur, *Cyriac.contr.519.num.44.* nec sufficiunt clausulæ salutares, *Conciol.alleg.3.num.43.44. Odd.de restit.p.1.qu.25.nu.3.* licet ipse distinguat, *Cyriac. d.contr.519.n.44.Scappuc.de Saluian.lib.2.q.21. nu.8.Surd.cons.349.nu.62. Peregr.cons.102.nu. 47.Andreol.contr.163.num.26.Maceratens.lib.2. res.8.nu.43.seqq.Altograd.cons.44.num.14.cons. 85.nu.41.lib.1.Conciol.alleg.52.n.28.*

Nec Iudex supplet ex officio, *Conciol.d.alleg. 52.nu.28.Odd.de restit.p.1.q.31.num.6.* licet distinguet *Roman.sing.462.in fin.*& ibi *addit.*

Nec potest peti per viam replicationis, quādo actio est extincta, *Conciol.d.alleg.52.nu.29. Odd.de restit.qu.33.art.2.& qu.35.nu.40. lib.1. Cyriac.contr.380.nu.53. Decian.cons.13.nu.86. lib.2.* Secus si non est extincta, nam potest peti per viam exceptionis, *Gomez.var.tom.2.c.14. nu.8.* vbi *Laynez.Manzius in Bibliotheca tit.de restit.tit.1.nu.204.*

15 Censetur petita, si ille instet *peto ius, & Iustitiam ministrari.Leon.dec.196.*

Censetur petita vbi læsio, & minor ætas simpliciter allegatur, *Odd.de restit.par.1. qu.33. art.3.P.Affl.contr.33.n.6.*

Immò sufficit quod simpliciter aliquid petatur à minore, quod alia via, quam in integrū restitutionis peti non possit, *Franch.dec.17.nu. 20.dec.86.nu.7.* præsertim ex clausula: *omnimodo meliori* in libello adiecta, quæ operatur, vt vtilius remedium deductum censeatur, *Menoch.cons.314.nu.4. Barbos.d.claus.al.95. nu.11.* & sententia lata censetur supradicta actione proposita, *Rosis obs.25.nu.4.seqq.*

Immò censetur petita ex clausulis salutaribus in libello appositis, *Palma alleg.2.num.28. alleg.3.nu.161. Ciurba dec.77.num.12. Andreol. contr.79.nu.15.Postlh.res.41.nu.10. D.Saminiat. contr.6.nu.57 Idem Andreol.contro.163. nu.26. Torre de Maiorat.Ital.p.2.q.41.nu.46.*

16 Competit hoc remedium implorando officium Iudicis, & per modum exceptionis, *Tusc. lit.R.conclus.282.283.Odd.de restit.par.1.qu.19. art.5.Morla in empor.tit.5.in præmiss.nu.6.Cald. in l.si Curatorem,§.infra tempus nu.15. & verb. Implorandum nu.1.seqq. Ayllon. ad Gomez var. lib.2.c.12 nu.9. Manzius in Bibliot. tit.1.de in integr.restitut.nu.46. Gales de restit.c.1.num.32.*

Carleual.de iudic.tit.3.disp.16.n.27.38.Antonell. de loco legal.lib.2.c.1. n.359.Cyriac.contr.380.n. 56.seqq.Nos Tract.de null.Iud.rubr.1.q.12.n.8.

Et ad illam petendam est necessarium speciale mandatum,*Gomez*, & *Laynez var.lib.1. c.6.Rota* apud *Albrit.de inconstant.dec.2.num.2.* sufficit tamen mandatum cum facultate faciendi ea,quæ principalis posset, *nu.3.* mille DD. apud *Sabell.§.minor.n.24.*

17 Competit minoribus, nisi per aliquam legem,vel statutum sit prohibita, *Castill.controu. lib.2.c.5.nu.15.Gutier.lib.2. pract.qu.88. ad finem,Velasc.consult.112.nu.7. Barbos.in repert.§. restitutio. Ab Ecclesia lib.2.obseruat.12.num.1.* vbi *num.4.* quod non competit ex clausula : si qua mihi iusta causa,si statutum illam tollat.

Nec sufficit generalitas legis, *Castill.ibid.nu. 16.& seqq.* Nam nunquam censetur exclusa, nisi de illa facta sit expressa mentio, *Antun.de donat.reg.tom.2.cap.19.num.26. Gama dec.291. nu.1. Franch.dec.232.688.nu.3. & dec.431.nu. 3.Phoeb.dec.16.nu.6.Mend.à Castr. in praxi Lusit.lib.3.cap.21.nu.70. Valasc.consult.112. nu.7. seqq.Gratian.disc.74.nu.9.10. Reynos.obs.30.nu. 1.Fontanell.de pactis nupt.cl.4.glos.12.num.93. 96.97.Vela dissert.5.nu.12.seqq.Roccus resp.24. nu.12.lib.2.Scialoya de foro compet.cap.52.nu.4. Ab Ecclesia d.obs.12.* Nec sublata per verba generalia: *de non molestando. Caroc.dec.45.n.2. Odd.de restit.q.90.art.penul.& q.15.art.5.*

Et sublata restitutione, etiam ex capite minoris ætatis,non comprehenditur illa,quando tractat de damno vitando, *Andreol.contro.56. nu.32.* Et sublata exceptione non intelligitur sublata restitutio, *Laynez ad Gomez var.tit.de restitut.nu.50. Tusc.lit.R. concl.296.Gratian.regul.438.nu.15.*

Verum minor non potest renunciare beneficio restitutionis,*Galesf.de restitut.c.6.Tract. nu.10.& seqq.& n.24. Borgn.de Tut.& Curat. nu.170.Capyc.dec.110. nu.2. Gallerat. de renunciat.lib.3.c.3.nu.9.* Vide infrà *num.42.Molfes. sup.consuet.tit.de renunciat.q.1.nu.48. Donad.de renunciat.c.9.nu.106.seqq.& nu.244.*

Et quamuis renunciet,restituitur, *Corn.consf. 178.nu.11.lib.3.Bald.consf.96.nu.2.lib.3. Natta consf.458.nu.4.Grammat.ad Constit. Regni tit.de restit.minor.nu.1.Capyc.Dec.110.Galesf. d.cap.6. nu.7.* Nam eadem facilitate,qua minor contrahit inductus, eadem facilitate inducitur ad renunciandum,*Galesf.ibid.n.9.*Infrà hic *n.28.*

Renuncians per clausulas generales appellationi,reclamationi,&c. omni legum auxilio, &c.non renunciat restitutioni ; *Petr.Rauen. sing.279.Thob.consf.87.nu.4.Boer. dec.140. nu. 3.Galesf.sup.num.12.*

Et fideiussor minoris, etiam si minor nolit restitui,potest ex persona ipsius minoris, *Odd. de restit.par.1.q.48. Et Nos* dicemus *infrà.*

Quæ diximus de renunciatione restitutionis,inualida, procedunt in restitutione in integrum impetranda, secus impetratæ,vel si illã petere nollet,nam cogi non potest, *l.si Iudex, ff.de minor. Affl.tit.de contr.feud. apud Pares.nu. 67.Galesf.d.c.6. nu.11.* licet contra dicat *Odd.de restit.p.1.qu.26.art.4.nu.27.*

Minor renuncians cum Iuramento,illam amittit,*Galesf.sup.nu.21.Gallerat.d.lib.3. cap.3.* Sed debet esse certioratus de tali beneficio, *Nouar.de priuil.miserab.pers.priuil.89.n.5. Molfes.sup.Consuet.Neapol. tit.de renunciat.q.6.nu. 37.Paleaz.de maior.p.4.qu.2.nu.18.*late *Donad. de renunciat.c.8.n.100.seqq.*

Idem est si in maiori ætate constitutus minor renunciet, nam ab illa omnino excluditur,*Riminald.consf.140.nu.32.lib.1.Galesf.d.c.6. nu.13.Gallerat.sup.Donad.sup.*

Et statutum generaliter loquens non comprehendit minores,*Calà de restitut.q.34.*

Et in Iudicijs non est sublata per rescriptũ: Appellatione remota, *Albrit.de inconstant.qu. 39.nu.95.Bich.dec.234. nu.37. Barbos.de clausf. clausf.9.nu.29.Ab Ecclesia d.obs.12.*

18 Restitutio in integrum efficit, vt persona priuilegiata sit reponenda in pristinum statũ, quo ad damnum,& etiam quo ad lucrum,*l.ait prætor,§.non solum, ff.de minor. l.1.C.de reputat. Pichard.in §.in extraneis nu.40. cum seqq. Instit. de hæred.qualit.Fab.C.de reput.defin.2. Molin.de primog.lib.4.c.9.nu.43.Vasq.controu. lib.6. c.66. Rip.obs.301.Magon.dec.Flor.119.n.8. Brunem. in d.l.1.C.de reput.ibiq;Barbos.n.4.*

19 Ideò si minor ex transactione aliquid ab aduersario recepit, & illam ex aliquo causa impugnare velit,non auditur,quam reddita quãtitate recepta, quatenus locupletior ex illa sit factus,*Molin.de primog.lib.4. c.9.num 43. Menchac.vsufr.cap.66. Magon.dec.Flor.119. num.8. Menoch.consf.644.nu.3.674 nu.5 Kloch consf.51 nu.31.vol.2.* quamuis contra sit *Bacchou. disp. 11.lib.9 lit.A.* quamuis non sit factus locupletior, *Ciroc.discept.71.nu.51.seqq. Maurit.c.215. Odd.qu.47.art.4.Cald.in l.3. verb. per quod pristinum nu.3.4.Vrceol.de transact.q.29.n.28. Antonin.var.lib.2.cap.17.nu.4.5.Menoch.consf.616 nu.14.consf.674.nu.15.consf.714.nu.9.consf.1122 nu.66.de præs.lib.3.præs.84.nu.1. Rota dec.440. nu.1.p.1.diuers.*post alios *Barbos. in d.l.vnic.nu. 4.seqq.Iouius de solemnit.in contract. minor.gl.9. §.2.num.4.Olea de Ceff. Iur. tit.2. qu.1. num 9. Leon.dec.182.Barbos.voto 76.à nu.100.*

20 Et etiã fructus rei, *Castill.lib.8.cõtr.lib.8.c.36 §.2.n.41.seqq.Cyriac.contr.300.* Dicemus *infrà.*

21 Nec sufficit oblatio verbalis,sed realis*Odd. qu.47.nu.28.Giurba dec.103. nu.12. Menoch.d. consf.674.nu.4.25.& consf.1111.n.66.73.*

Quid si eam minor impugnet ob nullitatẽ, *Prat.discept.4.tom.2. & lib.obseruat. obs.48. R. Marin.lib.2.c.234.in fine,Prat.ad Pascal.de vir. patr.potest.p.1.c.2.vers.sed Curiosa.*

22 Quæ requirantur,vt restitutio in integrum concedatur. Non est quærendum quid requiratur,vt hoc priuilegium, seu beneficium restitutionis in integrum concedatur, sed quid requiratur, vt ij quibus concessum est, & qui illu

illo gaudent, eo vti possint. Nam cum hæc concessio sit magnæ vtilitatis minoribus, & magni præiudicij ijs, qui cum eis contrahunt, vel agunt, in vtramque partem peccari potest, si autem ijs ea, quæ non requiruntur à minoribus exigantur, aut ea, quæ requirantur contra ius agentium cum eis non exigantur.

23 Primo requiritur, vt contractus eo tempore, quo fit inconsultò, & imprudenter, ac temerè fuerit factus, nam si talis non sit, sed prudenter sit initus, & talis vt à solerti quo piam celebrari potuerit, non potest illum postea minor tenere, & solum pro suo libito reuocare, neq. tunc audietur, restitutionem in integrum petens, quia in eo læsus non fuit, *l. verum 11. § sciendum, ff. de minor. Galesf. de rest. t. c. 3. nu. 11. c. 1. num. 116. Rota dec. 244. p. 13. rec. p. 14. dec. 130. Vrceol. de transact. qu. 95. nu. 1. Rota dec. 32. nu. 18. dec. 126. nu. 3. dec. 176. nu. 3. p. 16. rec. Olea de Cess. tit. 2. q. 2. nu. 13. Vela dissert. 37. à nu. 32. Ceuall. q. 675. Cyriac. contro. 308. Guttier. tract. lib. 2. qu. 22. à nu. 9.*

24 Item non restituitur, qui sobriè rem suam administrat, ex *l. minoribus c. p. 1.* ibi: *in quibus se captos probare possit, ff. de minorib. & l. fin. C. eodem,* non videtur circumuentus minor, qui Iure sit vsus communi, & *l. 44. ff. de minorib. & l. verum 22. §. sciendum, & sequ. & l. quod si minor. 24. §. non semper,* vbi *Bart.* Gesta cum minoribus rescinduntur, si æquitas suadet, quod est quando sua facilitate minor decipitur, & *l. inter minores 8. ff. de in integr. restit. l. si Curatorem 5. C. eodem,* ibi: *nec enim euentus damni restitutionem indulget, sed in consulta facilitas, Onat. de contract. tom. 1. tract. 6. disp. 21. sect. 2. Galesf. de restit. cap. 7. nu. 195. c. 8. nu. 193. & d. c. 8. num. 384.* vbi de errore, & ignorantia, *c. 2. nu. 140. cap. 3. nu. 6.* vbi *de dolo, & c. 2. nu. 107. & c. 2. nu. 359. Iouius de solemnit. gl. 19. §. 7. nu. 54. Odd. de restit. qu. 4. art. 2. nu. 26. Cancer var. lib. 2. c. 1. nu. 122. Hermosill. glos. 12. num. 25. Cuiac. lib. 16. obser. 14.* Matth. *sing. 58. Morla p. 1. tit. 10. q. 4. nu. 8. Gomes in l. 50. Tauri nu. 14. Valasc. consl. 138. nu. 16. P. Barbos. in l. 1. p. 4. nu. 128. ff. solut. matrim. Menoch. cons. 714. nu. 7. Faria ad Couar. lib. 1. cap. 3. num. 61. D. Manzius in Bibliotheca Iur. tit. de restitut. tit. 2. n. 25. 83. seqq.*

Hanc conclusionem tenent *DD. in l. ait prætor. §. non solum,* & ibi *DD. & in l. fin. C. de integr. restitut.* Gomes *lib. 2. var. c. 14. nu. 1. Bonac. disp. 3. qu. 1. punct. 7. nu. 3.* Molin. *disp. 573. verb. dictum. Item sup. l. vlt. C. de integr. restit.* non videtur circumuentus minor, qui Iure sit vsus communi, vbi *gl.* Tu seruum tibi necessarium emisti, postea interijt, *l. non omnia 43. ff. de minor. Lapi. alleg. 53. nu. 8. Innoc. in c. coram de in integr. restit. Tusc. verb. restitutio conclus. 295. nu. 6. Cranet. consl. 27. nu. 6. 7. Rolan. à Valle cons. 59. in fine, Soccin. iun. cons. 46. lib. 4. nu. 49.* Wessembe. *nu. 5. ff. de in integr. restit. Gomez. d. c. 14. num. 1. Azo in C. de in integr. restit. nu. 7. per l. verum, §. sciendum, & §. locupleti, & l. 1. C. qui,* & aduersus quos ea ratione, de qua *in l. 1. ff. de in integr. restit.* quia læsis, & deceptis subuenitur hoc remedio non deceptoribus, vel iustè, & commodè contrahentibus.

25 Restitutio minori semel tantum conceditur, *Odd. de restit. p. 1. q. 16. art. 2. 8. Marches. de commissar. p. 2. §. 1. num. 64. Polid. Ripa obs. 330. 331. ex l. fin. C. si sæp. restit. post Fab. in C. tit. si sæp. restit. defin. 2. lib. 2. Fontanell. dec. 105. nu. 12. Ciarlin. controu. 215. lib. 2. vt ex stat. Ferrar.* dicit *D. Pigant. ad stat. fol. 284. nu. 1. Maurit. de restit. c. 132. Carpzou. l. b. 2. resp. 97. num. 2. Ripol. var. cap. 5. nu. 280. Laynez ad Gomez var. tit. de restit. c. 24. nu. 100. 101. Ricc. collect. 1525. D. Fràces de Intrusione q. 35. nu. 13. 14.*

26 Siue incidenter, siue principaliter petatur, *Galganet ad stat. Vrb. c. 40. Fenzon. c. 50. num. 75. Pigant. sup.* Et semel illa denegata non potest iterum peti, *l. 3. C. si sæpius in integr. restit. petat. Mysing. cent. 1. obs. 52. Perez in d. l. num. 1. Fontanell. dec. 105. Salgad. de protect. p. 1. c. 12. num. 17. Affl. contr. 33. num. 21. Rota ad* Rouit. *cons. 33. num. 12.*

Et quamuis restitutio non detur ad petendam restitutionem, *Rocca disp. 140. n. 17.*

27 Ex diuersa, & noua causa iterum peti potest *d. l. fin. Odd. d. q. 16. art. 5. 6.* Marches. *d. §. 1. nu. 68. Fab. sup. defin. 1. Ripa d. obs. 331. Barz. dec. 107. nu. 31.* vbi nouam causam dicit esse si fuit allegata, sed non probata, *Mysing. centur. 1. obs. 52. Cald. de restit. verb. implorandum nu. 35. Brunem. in l. 1. 2. 3. C. si sæpius,* Rota *par. 2. rec. dec. 534. Prat. discept. 44. nu. 1. lib. 4. Pigant. sup. nu. 2. 4. 5. Galesf. de restit. c. 1. nu. Idem Cath. dec. n. 23. fol. 236. Manzius in Bibl. tit. de restit. tit. 2. n. 51. Frances. sup.*

Statutum procedit respectu vnius, & eiusdẽ articuli, *Marches. sup. nu. 68. Ciarlin. d. contr. 215. Odd. de restit. qu. 16. art. 4. Ciarlin. contr. 215. Fontanell. d. dec. 115. nu. 12. Giurba dec. 66. Pereira de reuis. cap. 98. nu. 10. D. Constantius sup. prag. 3. de dilation. nu. 1.*

28 Iterum peti potest, si prioris sit destructiue, *Odd. d. q. 16. art. 9. & q. 62. art. 2. num. 23.* Vbi restitutus vt adeat, potest restitui, vt abstineat, *Ripa d. obseru. 331. Pigant. sup. nu. 4.*

Si non fuerit concessa, nec denegata, iterũ postulari potest, *Fenzon. d. c. 50. nu. 75. & seqq. D. Pigant. nu. 5.*

Si minori, propter ætatem non probatam fuerit denegata, possit, docto de minori ætate, concedi, *Rip. d. obs. 331. Ricc. collect. 1525. Fontanell. d. dec. 105. nu. 25. 26. D. Pigant. sup. n. 6.*

Verum læditur minor renuncians remedio restitutionis in integrum, *Afflict. dec. 114. Odd. de restit. p. 1. qu. 26. Capyc. dec. 100.* Rota *ad Rouit. consl. 33. nu. 15. 16. lib. 2.* Ideo restitutio aduersus renunciationem de non petendo restitutionem, est primò petenda, & posteà debet peti restitutio aduersus contractum principalem, *Baron. de effect. minor. ætat. circa contract. eff. 1. nu. 620. 621.*

29 Re-

29 Requiritur, vt probetur læsio in iudicio, nam non competit minori restitutio in integrum, nisi eam petat, & causa cognita, & ab ipso probata læsione, *Valeron.de transact. tit. 6.qu.2.nu.39.Catan.dec.29.nu.2.dec.25.num.5. Hermosill.fol.442.nu.24.25.Catan.dec.35.nu.1 Rota dec.471.p.3.rec.dec.337.p.11. dec.276.p. 21.dec.194.359.447.p.4.rec.dec.49.p.5. rec.dec. 154.p.12.dec.328.dec.67.p.7.dec.181.p.10.p.13 dec.244.p.6.dec.185.170.p.8.dec.293.p.10.dec. 236.p.13.dec.344. p.14.dec.130. & dec.81.428. Caualer. dec.149.160.323. Amat.Donozet dec. 215.132.289.Carill.dec.245.298. Cel.dec.34. Coccin.dec.1124.1382 770.1687. Duran. dec. 136.310.458. Manzaned.dec.882. Mellin.decis. 419.Ottobon.dec.40.50. Put.dec.136.431.Gales de restit.c.1.num.40.41.120.Cath.dec.num.218.* apud *Galesf.fol.254. nu.360. fol.266. Cath.dec. nu.60.fol.240. Antun.de donat.tom.1.lib.2.c.11. nu.47.Layn ad Gomez.var.tit.de rest.t.nu.6.Farinac.report.Iudic.q.49. Conciol.alleg.52.nu.30. Rota dec.333.p.4.rec.Calà de restit.qu.13. n.21. Affolin.res.18.nu.40.41.Oddo de restit.qu.4. nu. 2.Palma consult.5.num.75. Antonell de temp.legal.lib.2.c.59.nu.18.Cyriac.contr.481.252.303. Lara de vita homin.cap.26. Fontanell.dec.101. Scacc.de sentent.c.1.gl.14.q.27. Barbos.in repert. verb.minor.& verb.restitutio. Brunem. in l.5. C. de resc.vendit.Pistor.p.1.qu.38.Carpzou.p.2.constit.11.defin.44.Leoncill.dec.ferrar.52. D.Pigant. ad statut.Ferrar.fol.285 numer.8. Arguell.decis. 111.Bich.decis.202. Burat.dec.323. par.5 rec. par.10.dec.185.par.7. dec.63. par.12. dec.328. p.5.dec.154.& dec.4. & p.13. dec.244.p.6.dec. 284.170.185.p.10.dec.181.354.Duran.dec.18. 70.Roccus resp.99.n.1.5.lib.Rota ad Rou.cons.33 n.5. Rota post Gob.Tract.var.dec.19.25.Andreol. contr.187.nu.1.contr.162.nu.1.Luca ad Grat.dec. 196.Idē Duran.dec.259.358.Albrit.de inconst. dec.2. nu.5.6.* Nam cum possit contingere, vt minor sobriè, & prudenter contrahat, licet postea casu fortuito ex contractu damnum patiatur, non temerè tantum priuilegium contra ius tertij concedendum fuit, sed causa cognita, & duobus in ea probatis. Alterū se esse minore, Alterum ex contractu se fuisse læsum, aliàs non dabitur ei hæc actio, nec exceptio. Quod causa cognita habetur *in l.3.* & ibi *Bart. & gl. ff.de in integr.restit.& l.minoribus S.C. eod & l. nam postea, ff.de iure iur.§.minor.& ff.eod.l.verū, §.item sciendum toto tit. C. quia aduersus l.1.& l.in Causæ, §.causa ff. de minor. l. de ætate 43.ff. eod.Castrens.cons.282.nu.6.lib.1. Tusc.lit.C.conclus.287.nu.1.l.de ætate 43. ff.de minor. l.minoribus 5.C.eod.ibi: & si dolus aduersarij non probetur, l.2.C.qui & aduersus quos, & toto tit. C. vbi, & apud quod cognitio in integr. restitut. agitanda sit, Gomez d.c.14.nu.8.Molin.disp.573.nu.17* *Bonacin.disp.3.q.1.punct.7.n.2. Antun.de donat. tom.2.c.32.nu.19.Larrea dec.70.n.13.17.Cald. in l.si curatorem vers. vel aduersarij dolo num.1. tom.1.p.2.lib.1.c.11.nu.46. Cels.dec.164. nu.2. dec.238.nu.6.Sabell.tom.4.§.restitutio nu.4.seqq.* vbi qualis læsio, *Card. Luca de alienat. disc.67.Gratian.disc.767.nu.41.seqq. & disc.797. nu.24.seqq.Magon.dec.Luc.31.nu.28. Altograd. cons.5.nu.88.& cons.24.num.30. lib.1 Sabell.§. minor.nu.8 seqq.Celsus dec.34.nu.2.dec.72.nu.2. dec.181.nu.3.dec.220.nu.1.302.n.17.128. num. 11.Tusc.lit.R. concl.286.287. Mascard. conclus. 1275.seqq.Andreol.contr.187.nu.1.162. num.1. Pigant.ad statu Ferrar.lib.1.rubr.56.nu.9.Card. Luca de fideicom.disc.155.nu.9.Christin.dec.119 seqq.vol.2. Rota p.9.rec.dec.63. nu.23.seqq. Ottobon.decis.40.50. Caualer.dec.323. Rota dec. 464.nu.36.Scacc.de sent.c.1. gl.14.q.27. Palma consult.cons.5.n.75. Molignan.altercat.9.nu.28. 29.Fontanell.dec.120.nu.7.dec.595.num.9.Larrea dec.70.d nu.13.*Nogucrol.alleg.30.n.7.

Sic restitutio reddit, quod læsio abstulit, *l. qui proprio, ff.de procurat.l.siquidem, ff.de præd. minor. Hodier.ad Surd.dec.4.nu.23.* sic debet esse læsio *DD.sup.citati,* addimus *Mesa res.lib.2. c.31.nu.5.Mascard.concl.1274. num.12. Barbos. repert.§. Restitutio, Monald.dec.156.nu.1.& dec. 258.nu.1.Larrea dec.70.nu.12.13.* Non modica *num.14.Rota* post *Albrit.de inconstant.dec.2.nu. 5.dec.44.nu.3.* Torre de Maiorat.Ital. *dec.7.nu. 48.Valeron.de transact.tit.4.q.1.nu.44.tit.6.q.2. n.39. Larrea d.dec.70.n.12.Hermosill gl.12.l.4. tit.5.nu.24.25.Trentacinq.var.tit.de minor.res.2 nu.1.Nos de nullit.Iudic.rub.1.qu.6.nu.26.seqq.* Manz*ius Bibliotec.Iuris tit.de restitut.tit.2.num. 169.*Quæ non debet probari si est manifesta, *nu.170.171.* Nec est necesse probari dolus aduersarij, *num.171.*Et sic causæ cognitio est necessaria *num.172.seqq.* quidquid dicat *Coccin. dec.1434.*quod non requiritur læsio. *V* ide.

Restitutio ex eo, quod pacto de retrouendendo non sit vsus non conceditur, nisi probata læsione, *Hodiern.ad Surd.dec.4.num.20. Larrea dec.70.p.2.* vbi decisum refert, signanter, quod si non fuisset impeditus, pecuniam habebat promptam, & necessariam pro redemptione, alias læsus non diceretur, *l.si emptione, ff.de minor.Anna alleg.27.nu.24 Surd.dec. 4.nu.13.& dec 203.num.17. Mastrill.cons.vnic.* post *tom.1.dec.num.68.Calà de modo articul.qu. 260.nu.757.Fachin.cons.57.nu.12.seqq.Hiderii ad Surd.dec.136.*

Minor si in contrahendo sit læsus restituitur, sed si in prætio agit ad supplementum, *Gomez var.tit.de restit.nu.1. Morla in empor.tit. 5.qu.1.nu.30.Garz.de expensis c.18.ex num.23. & de nobilitate gl.6.§.1.nu.56. Gratian.disc.27. nu.41.disc.242.nu.16. Suar.inter commun.lib.4. tit.de resc.vendit.nu.54. Odd.de restit.2.p.qu.57. art.4.num.26 Rodriq.de ann.reddit. l.b.1. qu.10. nu.19.Auendan.2.p.c.12.*prætorum *nu.12.* vbi de locatione, *Guttier.lib.4.q.69.nu.23. Hermosill.l.56.tit.5.p.5.glo.11.num.114 Fachin.lib.2. contro.90. Larrea dec.76.n.12.* Salgad.*de protect. 4.p.c.14.nu.36.*

Sed contra quod indistinctè minor læsus, vel

vel Ecclesia admittatur ad rescissionem contractus, non ad supplementum pretij, *Morla sup. Barbos. in collect. cap. 1. de integrit. restitut. num. 10.*

Et dum adest læsio minor restituitur, siue sua facilitate, siue ob calliditatem aduersarij, siue in omittendo, *Barbos. in repertor. §. restitutio, Menoch. cons. 100. num. 289. Cald. de restit. §. sua facilitate, Mascard. concl. 1058. nu. 25. Manzius in Bibliot. Iuris tit. de restit. tit. 2. nu. 12. & seqq.* siue ad damnum, siue ad lucrum *num. 16.* quamuis pupillus contrahat cum consensu tutoris *num. 20.* Vbi etiam si cum decreto Iudicis. De quibus requisitis *infrà*.

Plena probatio læsionis non est necessaria, ad restitutionem, sed sumus de bono Iure, *Odd. de restit. p. 1. qu. 36. art. 4. nu. 46. R. Capyc. Latr. dec. 165. nu. 52.* Nam non restituitur sine causa, *Tusc. lit. M. concl. 299.*

Minor restituitur ad amissionem bonorum ob adulterium, vel ob non petitum tutorem pupillo, vel aliam omissionem, *Laynez ad Gomez var. tit. de restit. c. 14. n. 39.*

Vbi in parte contractus est læsiuus, minor restituitur in totum, si ille velit, *Marsius Bibliotheca legal. tit. de restitut. tit. 2. n. 211.*

Sed non debet probari læsio, quando minor, & Ecclesia dicunt se læsos propter lapsũ temporis, *Mascard. conclus. 1274. nu. 25. Barbos. in c. coram nu. 5. de in integr. restit. Fontanell. dec. 101. nu. 16. Antonell. de tempor. legal. lib. 1. c. 59. nu. 23. Pigant. ad statut. Ferrar. tom. 2. nu. 1. fol. 3.* sed Vide *Dunozet. dec. 13.*

Minor habetur pro maiore vbi agitur de eius fauore, *Iouius de solemnit. in contract. minor gl. 15. §. 7. nu. 48. 63.*

Sic restitutio competit minori aduersus declarationem factam nolle stare contractui, quamuis renunciasset beneficio restitutionis, *Hermosill. gl. 7. l. 4. tit. 5. n. 19.*

Sic restitutio datur minori aduersus tertium titulo possidentem; si non fuerit læsio in pretio, sed in rei traditione, *Hermosill. fol. 439. num. 9. Flamin. de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 7. nu. 51.*

Et competit minori, & alijs priuilegiatis aduersus concordiam malè factam, *Hermosill. fol. 441. nu. 23.*

30 Immo multa in Iudicio probare debere asserit doctè *Tusch. d. conclu. 276. nu. 1. Card. Luca de alienat. disc. 67.* Primò, quod sit minor? minor est de Iure communi, qui non excedit 25. annum, *Cenc. de censib. qu. 15. n. 1.* Dicemus *infrà num. 379. 392.*

Quod debeat esse minor, *Hermosill fol. 442. nu. 24. 25. Caualer. dec. 223. Galesf. de restit. c. 1. n. 34. Rota dec. 48. n. 13.* post *Mi. balor. de fratrib.* in Regno nostro per constitut. incip. *minorum Iura.*

Minor ætas quomodo probetur? probatur per librum baptismi, ac fidem Parochi, per parentum testimonium, vel eorum librum, aut partis confessionem, per Nutricem, & Compatrem, per testes præsentes, *Maioran. in Opopraxi crim. c. 14. num. 12. & seqq. Sabell. §. ætas nu. 2. & seqq. Mascard. de probat. conclus. 1262. Card. Luca de alienat. d. disc. 60. nu. 11. de Iudic. disc. 30. num. 9. Monald. dec. 156. & decis. 218. Baron. infrà hic nu. 35. 36. Tusc. verb. ætas concl. 344. & lit. M. concl. 266. Giurba obs. 92. Conciol. alleg. 6. nu. 1. seqq. D. Mansius in bibliotheca tit. de restit. tit. 2. num. 166. 167. & num. 2. Conciol. ad statut. Eugub. numer. 14. fol. 255. Tusc. lit. E. concl. 340. seqq. Zacchia qq. medic. legal. tom. 2. dec. 65. 76. Ricc. collect. 302. 1677. 3000. 3437. & seqq. Caldas de restit. fol. 193.* per testes, *Caualer. dec. 375. Ricc. coll. 3444. Rota p. 9. dec. 14. num. 7. & dec. 279. & p. 18. tom. 1. dec. 21. Duran. dec. 18. n. 20. Odd. de restit. qu. 37. art. 9. Galesf. in amplo Tract. de restit. Genua de script. priuat. lib. 5. fol. 283. & fol. 46.*

An quis præsumatur minor, vel maior, *Tusc. lit. M. concl. 266. Sabell. d. §. ætas num. 4. & seqq. Maioran sup. Od. l. de restit. qu. 37. art. 1. seqq. Tusc. lit. E. concl. 344. lit. M. concl. 166. Viu. opin. 256.* vbi quod probari debet ab allegante, *Menoch. lib. 2. præs. 50. 51. Monald. dec. 156. nu. 2. Baron. de effect. min. ætat. in prælud. 1. n. 34.*

An ex aspectu probetur, *Menoch. de arbitr. cas. 117. Odd. d. qu. 37. art. 13. 16. 13. 16. Scaglion. in pragm. Regni alleg. 1. n. 36.*

Debet concludenter probari ad effectum veniendi contra Instrumentum, *Caualer. dec. 437. nu. 3.* vide *Odd. d. qu. 37. art. 3. Rota p. 18. rec. tom 1. dec. 21.* & ad restitutionem, *Monald. d. dec. 258. Surd. consf. 287. n. 5. 6. lib. 2.*

Minor reputatus ex communi opinione, maior, valide contrahit, nisi persona cum eo contrahens sciat illum minorem, *Montan. de tutor. cap. 33. num. 478. & seqq. Sabell. §. minor. nu. 34.*

Post annos 18. quid agere possit minor, de Iure communi, *Vela dissert. 7. a nu. 50. & 53. Ricc. collect. 693. Gomez lib. 3. var. c. 1. num. 55.* Vbi dicunt posse postulare pro alijs, manumittere, procurare negotia extraiudicialia.

In anno 14. est maior in fauorabilibus, *Baron. eff. 1. n. 272.*

Minor quis est, quamuis sit sui Iuris, *Mansius in Bibliotheca Iur. tit. de restit. tit. 1. num. 22.* Quamuis habeat liberos *nu. 23.* quamuis benè se gerat *n. 25.*

Minor læsus restituitur contra quemlibet lædentem, *Manzius Bibliotheca Iuris tit. de restit. tit. 2. n. 148. 149.* Contra Fiscũ *n. 150. infrà hic n. 160.* Secus contra illos, quibus reuerentia debetur. *n. 112.*

Ætatis defectus in minore allegari non potest, si Statutum faciat illum maiorem ad contrahendum, *Rota post Olcam de cess. Iur. dec. 20. num. 2.*

Et vbi statutum abreuiat ætatẽ statutã per ius commune, vt est in nostro Regno Siciliæ per

per *Constit. incip. minorum Iura*, per illam non sunt sublata disposita per ius commune, in illis casibus, in quibus minorem ætatem decem, & octo annorum requirit. *Abruz. in §. nunc admonendi instit. qu. b. alien. licet*, vel non Quia dicta constitutio tantum abreuiat minorem ætatem, non autem illam prorogat, *Virgil. de legit. person. c. 1. a n. 16.* Sicut etiam dicta ætas non est immutata in casibus, quibus maior ætas decem, & octo annorum requiritur, *Abruz. sup. num. 92. Baron. in prælud. de eff. min. ætat. circa Iudic. nu. 132. Tusc. litt. M. concl. 266. lit. E. concl. 343. Costa conf. 51. n. 16. Baron. de effect. min. ætat. quo ad contract. in prælud. 1. n. 31.*

2. Quod sit læsus, Etiamsi adeat hæreditatem, si illa sit læsiua; *Cocci. decis. 219. Marescot. lib. 2. c. 98. num. 11. seqq. D. Pigant. ad statut. Ferrar. fol. 37. nu. 27. rub. 7. p. 3. rec. dec. 33.* in dubio concedenda est, *Conciol. all. 29. nu. 27. Card. Luca de credit. disc. 40. nu. 31. D. Constant. ad stat. Vrb. annot. 44. nu. 410.* vbi *nu. 11.* quod debet restituere acceptum.

3. Dolo aduersarij, *Surd. de alim. tit. 9. qu. 45. num. 2.* vel sui facilitate.

4. Quod sit intra quatriennium restitutionis *Sabell. §. minor. num. 8. Bologn. conf. 48. Menoch. conf. 100. nu. 298. Tusc. conclus. 286. nu. 2. Rota ad Rouit. conf. 33. nu. 5. Molin. disp. 573. num. 11. Gomez d. c. 14. Capyc. Latr. consult. 100. à nu. 13. D. Leonard. Rec. in praxi p. 1. tit. 3. tit. de tutelis, & Curis c. 2. nu. 4. Vrceol. de transact. q. 95. nu. 1. Odd. de restit. qu. 36. seqq. Viu. opin. 503. Mascard. concl. 1273. seqq. Præt. discet. 38. nu. 17. lib. 1. Lara de vita homin. c. 26. Cyriac. contr. 262. Sabell. §. minor n. 5.*

31 Neque competit, si læsio non sit tempore contractus, sed superueniat, *Roloer. conf. 22. num. 21. Odd. de restit. qu. 57. art. 3. nu. 18. Giurba dec. 105. nu. 2. 3. Rota p. 1. rec. dec. 87. Vrceol. de transact. qu. 22. num. Valeron. tit. 6. qu. 2. n. 44.* licet contra *Barra contr. 62. nu. 19. Boss. da dote fol. 521. nu. 48.* Et *infrà.* Dicemus *numer. 152.* latè *Larrea dec. 69. nu. 4. dec. 70. a nu. 13. Gratian. disc. 45. nu. 9. Leotard. de vsur. qu. 9. n. 33. Giurba dec. 105. nu. 2. Cyriac. contr. 68. 160. nu. 69. Oddo de restit. qu. 54. num. 18. 19. Mesa cap. 20. nu. 12. Gama dec. 523. Valasc. conf. 43. nu. 28. Casanat. conf. 7. n. 19.*

Læsio debet attendi, *Ricc. collect. 2164. & 2271. Castill. de tertijs debitis c. 18. a n. 132.*

Læsio tempore contractus, *Larrea alleg. 32. nu. 2. 4. 13.* Vbi quando ille perficitur vnico momento, *Surd. de alim. tit. 9. q. 11. n. 13.*

Debet attendi tempus scripturæ, vbi in contractu venditionis factæ a minore debet fieri scriptura, *Larrea alleg. 106. nu. 8.*

Debet attendi tempus contractus si ante traditionem rei, & pretii solutionem rei venditæ, pretium sit auctum, *Larrea dec. 69. nu. 4. 12. & dec. 71. n. 1. 2.*

Pluribus rebus venditis per minorē, si læsio sit in vna re, & non in aliis, *Valenz. conf. 181.*

Facta locatione per minorem rei, ad plures annos, ex causa superueniente læsio æstimatur, *Larrea dec. 71.*

Quo ad læsionem nō attenditur tēpus fortuitū, *Larrea d. dec. 69. n. 17. dec. 68. n. 14. dec. 70. n. 18.* licet cōtra decisum referat *n. 18.* maximè si damnum sit magnum. Idem *Larrea alleg. 32. nu. 29. Albrit. de inconstant. qu. 43. nu. 95. seqq.* Et sic quæ pendent a fortuna *dec. 71. n. 4.*

Verum læsio non attenditur tempore cōtractus, quando contractus fit de re futura, *Larrea d. dec. 71. nu. 15.*

Idem in contractu successiuo, *Larrea alleg. 32. nu. 19.* In contractu oneroso *n. 28.*

Læsio consideratur in contractu tempore executionis illius, *Larrea alleg. 32. n. 20.*

Et si minor non potest lædentem conuenire, & contra illum agere sine magnis expensis, potest in conscientia vti occulta compensatione, *Diana p. 11. tract. 4. ref. 23. Sabell. §. creditor n. 23. §. compensatio n. 26. seqq. Guttier. de compensat. lib. cap.*

32 Minores, & aliæ personæ priuilegiatæ non restituuntur ad lucrum, prout est præscriptio vsus faticæ, & facultatis retrahendi, *Gratian. disc. 433. nu. 68. seqq. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 17. num. 3. seqq. Cancer. var. 2. c. 1. de minor. nu. 304. Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 12. nu. 103. Laynes ad Gomes tit. de restit. num. 4. Turricell. de reb. Eccles. non alien. c. 29. nu. 23. Rocca disp. 160. nu. 13. D. Passerin. in c. Ecclesia 1. de restit. in integr. in 6. n. 53. D. Romaguera ad Synod. Gerundens. lib. 5. tit. 12. c. 9. nu. 205. seqq. Altograd. conf. 85. nu. 45. lib. 1.* Vbi quod non restituitur vbi agitur de lucro captando, *R. Capyc. Latr. consult. 127. nu. 5. & à nu. 18. Infrà hic nu. 156. & n. 317.* vbi contra, *& Spadaz. disq. 51. n. 74.*

Sed datur restitutio quando agitur de lucro, & non de damno, vt res non est integra, *Put. dec. 442. Odd. de restit. p. 1. qu. 4. art. 8. 9. Valeron. de transact. art. 4. q. 1. n. 40.*

Nec restituitur in Iure quærendo cum damno Tertii, *Rota p. 12. rec. dec. 358. Flamin. de resignat. benef. lib. 11. qu. 4. num. 74.* Nec contra lucrum amissum cum alterius dispendio. *Valeran. de transact. tit. 4. q. 1. n. 47.*

Nec quando ex contractu est factus locupletior, *Cenc. de censib. qu. 15. nu. 16.* Sed in dubio non præsumitur factus locupletior, propter imperfectam ætatem, *Mucci ad Sanfel. dec. 119. n. 7.* Infrà hic. Vbi de locupleratione, quando probetur, & à quo debeat probari.

Sed datur restitutio ex Instrumentis de nouo repertis, ex quibus constat de sua iustitia, *Rota p. 9. rec. dec. 169. & dec. 272. Andreol. contr. 365. nu. 10. Hodiern. ad Surd. dec. D. Alex. ad Capyc. Latr. consult. 100. nu. 18. 19.* Sed vide *Calà de restit. qu. 18. Rota p. 9. dec. 169. & 272. Vrceol. consult. 21. nu. 7. 8. R. Marin. lib. 2. c. 202. Larrea consult. 71. num. 10. Fontanell. dec. 177. n. 1. Altograd. contr. 365. n. 8. 11.*

Sed

Sed vt denegetur restitutio ex instrumentis, sufficit leuis suspicio contra illa, *Cravet. cons. 864. Calà de restit. qu. 18.*

Verum minor non dicitur læsus si locet, vel vendat subhasta, sine fraude, & dolo, iusto pretio; nam non recipitur noua oblatio maioris quantitatis, *Anton. de donat. tom. 1. cap. 11. num. 48. R. Marin. lib. 1. cap. 46. nu. 26. Posth. de subhast. insp. 57. num. 22. seqq. Hodiern. contr. 40. nu. 55.* Secus si pretium iustum non fuit, *Posth. ibid.* & læsio sit in sexta, *Grivel. dec. 44. nu. 9. Calà de restit. qu. 20. Galesf. de rest. t. c. 2. nu. 178. seqq. D. Barra contr. 55.* Vbi decisum refertur. Diximus *q. 37.*

Sed Ciuitatis, quæ vtitur Iure minorum, vt dicemus *infrà num.* bona si vendantur subhasta post extinctionem Candelæ, non admittitur nouus licitator, nisi petita restitutione in integrum, & quando concedatur, & ab ipsa, & non à secundo licitatore restitutio est petenda. *Hermosill gl. 7. l. 52. tit. 5. nu. 40. seqq.* Idem in Fisco, *Anton. de donat. tom. 1. lib. 2. c. 11. Arias de Mesa var. lib. 2. cap. 20. Parlador. lib. 2. quotid. cap. fin. 5. p. §. 13. ex nu. 18. Guttier. lib. 1. pract. qu. 38. nu. 40. de gabellis qu. 144. Salgad. labyr. p. 2. c. 2. ex num. 7. Vela differt. 17.* Et *infrà* dicemus si sit necessaria subhastatio in alienatione rei minoris, *n. 233.*

Competit restitutio minori, quamuis sit læsus facto alterius, si ille non sit soluendo, *Mansius in bibliotec. legal. tit. de restit. tit. 3 num. 157.*

Minor dicitur læsus si alienet bona immobilia, sic illa alienare non potest sine debitis solemnitatibus, *Cenc. de censib. q. 15. n. 2. Rota post eum dec. 278. num. 21.* Capyc. *Latr. consult. 45. nu. 35. Noguerol alleg. 32. n. 134.*

Sic nec potest super bonis stabilibus censum imponere, *Cenc. d. q. 15. n. 3. Baron. de eff. min. ætat. eff. 5. Ballis. tract. var. lib. 5. q. 30.*

Sic non potest censum redimere si ex illa reuenditione lædatur, *Cenc. qu. 109. nu. 13.* Nec illum distrahere. Idem *Cenc. q. 40. num. 16.* Nec illum extinguere. *Cenc. q. 20. & 109.*

Sic non potest censum redimere absque tutoris authoritate, *Cenc. d. qu. 119. nu. 5. Mansius in bibliotb. legal. tit. de restit. tit. 2. n. 18.*

Restituitur aduersus donationem, Diuisionem, transactionem, fideiussionem, renunciationem, aduersus repudiationem hæreditatis, aduersus illius aditionem damnosam, aduersus omissa vtilia. *Galesf. de restit. ad c. 1. num. 73. seqq. Cels. dec. 321. 335. num. 4.* Vbi secus si renunciet causa ingressus in religionem, *Saminiat. contr. 54. num. 15. Galesf. de restit. c. 1. nu. 71. seqq. Baron. de effect. minor. ætat. eff. 15. nu. nu. 33. seqq.* Vbi de filia renunciante patri ...

Non potest renunciare paternæ hæreditati, *Mansius in bibliotecæ legal. tit. de restit. tit. 2. n. 21.* De his omnibus dicemus latius *infrà.*

33 Requiritur, vt læsio non sit valdè modica, aliàs de minimis non curat prætor, *Tusc. lit. M. conclus. 239. Gratian. disc. 951. 7. Nouar. lib. 1. qu. 37. num. 9. & qu. 56. num. 8. Giurb. ad consuet. Messan. c. 16 gl. 1. num. 14. Vaz axiom. Iur. lit. M. num. 73. & 101.* & parum pro nihilo reputatur *l. 4. ff. de in integr. restit. l. scio, l. quod si minor, ff. de minor. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 59. nu. 18. Antonin. var. lib. 2. res. 18. nu. 6. Giurb. sup. c. 6. gl. 20. n. 2. Mangil. de imput. qu. 51. n. 7. Vaz sup. lit. P. num. 25. Galesf. de restit. c. 3. num. 50. seqq.* vbi quæ sit modica læsio, *Odd. de restit. p. 1. qu 4. art. 13. num. 106. Faria ad Couar. var. lib. 2. cap. 4. numm. 59. seqq. R. Marinis lib. 2. c. 198. nu. 2 Calà de restit. qu. 45. num. 40. Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. 39. n. 7. Rota p. 2. rec. dec. 338. Rota ad Rouit. cons. 33. nu. 4. Gobius consult. 5. num. 57. D. Alex. ad Capyc. Latr. consult. 100. nu 27. Ripol. var. c. 4. nu. 57. 58. & c. 1. n. 196. & 205. Spadazon. de viduis disq. 22. n. 56. disq. 55. n. 48.*

Et *Bart. in d. l. 4.* dicit: In his, quæ contra ius commune conceduntur de minimis non curatur, *Molin. disp. 573. num. 9. Antonell. de temp. legal. lib. 2. c. 59. nu. 18 Barbos. in t. 1. n. 14. de in integr. restit. Cauall. qu. 658. Guttier. lib. 4. pract. qu. 70. Carleual. de Iudic. tit. 1. disp. 2. nu. 378. Hermosill. l. 4. gl. 12. n num. 34. tit. 5. p. 5. Couar. lib. 1. var. cap. 3. à nu. 11. & c. 5. n. 2.* vbi non propter lucrum amissum.

Licet non requiratur enormis læsio, vt Minor restituatur, nec requiratur etiam læsio vltra dimidium iusti pretii; vt probat benè *Acosta §. & quid si tantum l gallus, ff. de liber. & posth. p. 2. a nu. 76. Venturin. cons. 53. n. 33.*

Sed requiritur, vt non sit minima, sed notabilis, comparatione totius, de quo agitur, *Acosta ibid. Molina nu. 9. Couar. 1. var. cap. 3. num. 11. Bonacin. sup. num. 3. Galesf. d. c. 3. nu. 50. seqq.* Et sic magna læsio, *Guid. Papa decis. 536. Ponte de po. est. Proreg. tit. 4. §. 5. de regal. imposit nu. 48. seqq. Muscatell. in praxi p. 5. gl. vendunt nu. 57. seqq. Amat. res. 38. nu. 10. Guttier. pract. p. 1. c. 38. & de gabellis qu. 14. nu. 10. Mastrill. dec. 84. num. 6. Parlador. lib. 2. quotid. cap. fin. 5. p. p. 13. nu. 18. Corradin. de prælat. q. 66. n. 9.*

Quod sufficiat læsio in sexta parte, *Lara de vita homin. c. 25. num. 54. Molina de iustit. disp. 573. ex n. 9. Hermosill. in l. 4. tit. 5. p. 5. gl. 22. ex num. 34. Cauall. qu. 658. Cald. de restit. verb. aduersarij dolo nu. 7. Garcia de expensis c. 28. nu. 21. Couar. lib. 1. var. c. 3. nu. 11. Guttier. lib. 4. qu. 70. Fachin. lib. 3. cap. 4. & seqq. Morla in Empor. tit. 5. in præmiss. nu. 13. Cald. de restit. qu. 20. num. 31. Barra contr. 55. nu. 7. 8. R. Capyc. Latr. consult. 45. n. 22. 23. Sousa dec. 95. n. 8.*

491 Secondò si contractus, aut sententia appareat nullus, nulla ex iisdē actis. *Grassis dec. 15. n. 8. de præbend. Ferrētill. ad Burat. dec. 404. nu. 9. Gales. sup. n. 79.*

492 Tertiò Vbi adest bonum ius, & restitutio impetratur à Principe, quamuis ille dicat: *Iustitia fiat*, si sciat lapsus quadriennii. *Ridolfin. in praxi lib. 1. c. 13. nu. 470. Mantica dec. 315. n. 2. seqq. Gales. d. c. 1. n. 84.*

493 Quartò Quando datur restitutio ex generali clausula, de qua *Gales. de restit. c. 1. num. 86. & c. 8. Rota dec. 360. n. 13. p. 6. rec. Cavaler. dec. 94.* Diximus *sup.* Quintò quando agitur de restitutione dotis mulieris læsæ. *Penia dec. 710.*

494 Quadriennium competit, dummodo non approbauerit expressis verbis gesta in minori ætate, nam si expressè approbauit, restitutio non conceditur intra dictum quadriennium post minorem ætatem. Et si passus est labi quadriennium, tunc tacitè censetur approbasse, & amplius restitutio non conceditur, vt toto *tit. C. si maior factus ratum habuit.*

495 Paupertas non facit competere restitutionem aduersus lapsum quadriennij. *Peutenger dec. 436.* Diximus *sup.*

496 Post quadriennium, in beneficialibus non datur restitutio. *Peutenger. dec. 59.* secus si constet de bono iure, *dec. 370.*

Aduersus repudiationem hæreditatis factā, quadriennio elapso minori non conceditur. *Rota dec. 77. p. 13. rec.*

An terminus statutus à lege, vel statuto ad petendam restitutionem possit à Iudice abreuiari, vel produci. R. *Capyc. Latr. consult. 159. num. 15. 17.*

497 In nostro Regno Neap. incipit, *per Constit. minorū iura*, ætas perfecta in masculo, & fœmina est annorum 18. ideo quæstio est, quadriendium statutum per *l. fin. C. si maior factus*, à quo tempore currat post 18. annum, vel post 25. annum, post 25. dicit *Moccia in sylua casuum forens. c. 64. ex Franch. dec. 650.* Idem in Florentia. *D. Cepparell. res. 15. num. 10. 11.*

Et difficultas est in casu dicti statuti, si ille lædatur ad anno 18. vsque ad 25. an restituatur, quod sic. *Boer. dec. 350. Odd. de restit. p. 1. q. 15. art. 9. n. 75. Bero. cons. 12. n. 68.* Cancer. *var.*

p. 1.

p.1.cap.7.nu.14. Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.57. n.33. licet contra dicat *num.9. post Villalob.syntagm.commun.opin.loco 11.de Iudic. tit. 5.c.1. D.Cepparell.d.res.15. n.11.12.*

In Regno Neapolitano, vt diximus, ætas maior est 18.annorum, idem in Sicilia. *Card. Luca de dote disc.142.nu.11. de al enat. disc.29. num.10. disc.30.num.6. de iurisd.disc.62.nu.12. Baron.de effect.min.ætat.circa contr.in præl.n.3.*

In Statu Mediolani est annorum similiter. 18. *Card. Luca de alienat.disc.55.n.5.*

In Vrbe est annorum 20. *Idem Card. Luca de alienat.disc.30.n.6.*

Sed talia statuta an comprehendât clericos. *Card.Luca de Iurisd. disc.62.num.12. Conflict. obs.12.*

In Florentia maior ætas est annorum 18. *Sabell.§.minor.n.26.*

Feudatario de *iure* nostri Regni, currere incipit quatriennium,infra quod petere debet restitutionem in integrum, post decimum quartum annum exactum, in his, quæ gessit ante pupillarem ætatem. Et competit quadriennium post completam legitimam ætatem annorum quatuordecim à die læsionis passæ. *Calà de restitut.q.23.nu.38.39.Franch. dec.650.R.Rouit.in pragm.2.num.3.de minorib. ManziusBibliotheca iur.tit.de restit.tit.2.nu.195.*

Quatriennium veniam ætatis impetranti, currere incipit à die impetrationis. *Calà d.q. 23.nu.49.ex Fontanell. de pactis nuptial. tom.1. gl.3. claus.3.n.60.seqq.*

Quadriennium habilitatis,tam per statutum quam per rescriptum Principis currere incipit à die, quo fuerunt habilitati, non autem post legitimam ætatem communiter definitam. *Calà sup.n.50.*

Ecclesia læsa, elapso quadriennio non restituitur, nisi constet de fraude manifesta. *Galesf.de restit.ad c.1.de restit.n.113. 115.*

Restitutio conceditur minoribus, Ecclesijs, & alijs, ex iusta ignorantia, aduersus quadragenalem præscriptionem. *D.Tristany dec.23. nu.10.* Diximus *sup.* Ad quam petendam est quadriennium. *D.Tristany ibid.* Et infra quadriennium est iustitiæ, illo elapso est gratiæ. *n.11.* A principio est vtile, & currit tantum à die scientiæ, & postea est continuum. *ibid.nu. 12.16.*

498 Differt Nullitas à restitutione, nam restitutio obtempta à minore non iuuat fideiussori, *Galesf.de restit.c.20.nu.82. & seqq.* Diximus *sup.* sed Nullitas contractus sic. *Galesf.ibid.num. 106.Casal.cons.437.n.22.81.lib.3.*

499 Et remedio ordinario nullitatum admisso, denegatur extraordinarium restitutionis. *Calà de restitut.q.40.nu.15. ex l.penult. C.si aduersus rem iudic.Rouit.in prag.1.de minor.nu.20. Galesf.de restitut.ad c.3.de restit. nu.131. Hermosill.fol.441.nu.41.Coccin.dec.979.Zarate dec.29 Rota dec.356. p.10. rec.Rota Cath.* apud *Galesf. nu.19.fol.236.Merlin.dec.695.nu.10. Mostaz.de causis pijs tom.2.fol.327.nu.2.*

500 Sic,si Ecclesia lædatur vltra dimidium, ei competat remedium *l.2.C.de resc.vendit.* non competit restitutio, *Galesf.d.c.1.nu.133. Mostaz de causis pijs lib.7.c.14 nu.2.*

501 Beneuerum vtrumque remedium cumulari permissum est,cum intentantur ad diuersa, & contra personas diuersas, *l.etiam,C.si tut.vel Curat.Calà sup.n.16.*

Sic data nullitate contractus est in arbitrio minoris agere contra Tutorem, vel contra contrahentem, post alios *Rota dec.7.num.7.8.* post *Michalor.de fratribus.*

502 Sed quando vtraque remedia tendunt ad idem, & inter easdem personas exercentur, extraordinarium remedium non competit, vbi ordinarium adhibetur, *l.in causa, §.Pomponius,ff.de minor. R.Merlin.lib.1. c.100. num.13. Calà sup.num. 16.17.Nos de nullit.iudic. rubr.6. num.60.61.*

503 Sed verius est, quod dum disceptatur super nullitate, non currit minori quadriennium ad petendam restitutionem in integrum, post *Achill.dec.288* fundat *Odd.de restit.q.20.& 74. Nos de nullit.Iudic.rub.8.q.13.n.vl.*

504 Contra dicunt *Gram.cons.ciuil.123. n.3. 4. Rouit.dec.18.R.Marin.lib.1.resol.330. Gizz. ad Capyc. Latr.dec.56.num.13. Idem Marin.ad Reuert.dec.578. post num.3. D. Petra in rit.160. num.48.*

505 Sed vtrumque remedium competit quando remedium extraordinarium restitutionis pinguius prouidet, *Faria ad Couar.lib.1. cap.3. nu.65.seqq.* Diximus *sup.*

Sic restitutio non competit, si adsit in contractu læsio *l.2.C.de resc.vendit.Galesf.de restit. c.1.nu.127.* Diximus *sup.n.500.*

Quod remedium nullitatis possit proponi infrà 30.annos tantum,ex eo quia hoc tempore remanet præscripta actio. *R.Marin. lib.1.c. 27.num.10.Thomat.dec.159.num.7. Rota* apud *Posth.de subhast.in addit.dec.216.nu.23.Posth.de manut.obs.8.n.93.res.2.n.11.* Nec elapsis 30.annis potest opponi, *Rota dec.621.n.16.post Posth. de manut.Nos de nullit.Iudic.rub.8.q.3.& seqq.*

Quod est intelligendum ad finem agendi, secus ad finem excipiendi, dum quis est in possessione, *Rota penes Posth. de subhast. d.dec. 216.nu.24.Rota rec.dec.13.num.15.p.15.* nam tunc semper opponi potest. *Nos sup.*

Et vbi sumus in possessorijs, vel ad effectum impediendi viam executiuam, nullitates non attendi in Iudicijs, nisi sint ex tribus, nempe Iurisdictionis, mandati, vel citationis, *Posth. de manut.obs.12.nu.47.* & ibi *Rota dec.435.nu 8.Nos sup.*

Quando restitutio in integrum pinguius prouidet, vt quia per restitutionem veniunt fructus,qui non veniunt in rescissione, *Amat. cons.87.nu.9.R.Sanfel.dec.125.Franch.dec.248. Cancer.var.p.2.c.1.de minor.n.206.*

Verum idem *Cancer sup.* aduertit prudenter

ter intelligendam *decisionem Franchis* cum distinctione. Aut minor est læsus circa rem, alienando rem sibi vtilem, quam distrahere non expediebat, nec pecunia indigebat. Et ità è conuerso res afferebat bonum annuum fructum, & hoc casu minor restituitur ad rem, & contractus rescinditur, & habetur pro non facto, & restitutio præcisè auocat rem, & habet locum beneficium restitutionis in integrum, per *tex. in l. lex quæ tutores, C. de admin. tutor.* & sic obtinuit *Cancer.*

Aut minor non læditur circa rem, sed circa pretium, Vt quia vendidit rem suam non iusto pretio ex necessitate, & vrgentia æris alieni, & tunc minor non restituitur ad contractum, sed aduersus pretium, & tunc cessat remedium extraordinarium, & locum habet remedium ordinarium, *l. 2. C. de resc. vend. t.* & electio tribuitur conuento restituendi rem, vel supplendi iustum pretium, *Cranet. cons. 7. nu. 2. Gratian. dec. 132. n. 17.*

Et si constat adesse alia bona minoris, ex quibus possit debitum satis fieri, *Seraphin. de iuram. priuil. 83. num. 50. Fab. in C. tit. de restit. in integr. defin. 3. Fontanell. de pactis nupt. cl. 4. gloss. 18. num. 42. 46. 100. & dec. 520. nu. 7.* vbi refert *Vrsill. ad Affl. 240. num. 8. Garz. de expens. c. 18. num. 44.*

Sed *Luca ad Franch. d. dec. 248.* ponit difficultatem in dicta distinctione, pro vt ponit in *addit. ad Gratian. d. dec. 130. n. 5.*

506 Conueniunt nullitas, & restitutio in integrum, Quia annullato contractu venditionis, v.g. restituitur res vendita cũ fructibus, & pretium cum interesse. Diximus *sup. Castill. contr. lib. 8. c. 64. nu. 11. D. Pigant. ad statut. Ferr. fol. 37 rubr. 7. nu. 27.* Vbi restitutio conceditur restitutis acceptis, ex *Rota dec. 92. p. 4. tom. 2. Gratian. disc. 720. & 767.* post mille *D. Romaguer. ad Synod. Gerundens. lib. 3. tit. 5. c. 1. n. 38. seqq.*

507 Sic etiam obtempta restitutione aduersus contractum, etiam veniunt fructus. *l. videamus 38. §. Lafabiana, ff. de vsuris, l. in conditione 173. §. cum verbum, ff. de reg. Iuris, Ricc. collect. 2749. Couar. lib. 1. var. c. 3. nu. 18.* vbi *Ibanez Giurba dec. 39. nu. 8. Noguerol. alleg. 8. num. 37. seqq. Gutier. q. 69. Cyriac. contr. 321. nu. 77. 78. Odd. de restit. qu. 45. art. 2. nu. 15. q. 99. art. 14. nu. 123. 131. Farinac. in praxi q. 6. nu. 44. Tapia in rubr. de Constit. Princip. c. 3. num. 29. 38. Ponte dec. 25. nu. 9. 19. Boer. dec. 98. nu. 1. Cauall. q. 536. nu. 19. Altograd. contr. 92. num. 38. 39. Rota post Cenc. dec. 266. num. 4. Galesf. de restit. ad c. 1. de restit. n. 141. Gratian. disc. 807. nu. 22. seqq. Surd. dec. 212. n. 12. Thes. dec. 135. in fine, Sesse dec. 136. p. 2.* post mille *Faria ad Couarr. lib. 1. c. 3. nu. 1. & seqq. & nu. 52. 97. Gregor. Lopez in l. 2. gl. 5. tit. 32. p. 7. Gomez lib. 3. c. 13. nu. 38. in fine. Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 12. num. 92. & cl. 7. gl. 3. p. 2. num. 13. Nos ad Rouit. cons. 3. num. 5. lib. 1. Solorz. de Iure Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 27. à nu. 101. Galesf. de restit. c. 1 com. num. 141. Gallus de fruct. b. disp. 13. num. 11. disp. 23. art. 4. nu. 33. seqq. disp. 34. art. 2. 7. Christin. dec. 123. vol. 2. Sabell. §. restitutio nu. 51.*

508 A die celebrati contractus, *Surd. dec. 25. n. 21. Thes. dec. 29. nu. 3. Cyriac. contr. 303. n. 83.*

Licet contra, quod non debeantur fructus, nisi à die motæ litis, *Rota coram Vbald. dec. 272 in fine, Rosis obseru. cap. 25. Molignan. altercat. 79. nu. 2. 11.*

Et recuperat bona, etiam in alium translata, *Staiban. obs. 103. num. 13. seqq.* secus ex gratia *ibidem.*

Sed non debet restituere rem, nisi ei refectis expensis, & meliorationibus, *Galesf. de restit. ad c. 1. de restit. nu. 137. & 143. seqq. Angelus de Impens. & meliorat. art. 10. n. 3.*

Eo magis si vltra minorem ætatem, adsit læsio vltra dimidium iusti pretii, nam tunc talis læsio annullat contractum, & sic est restituenda res cum fructibus, restituto pretio cum interesse, dummodo illud sit versum in beneficium minoris, *l. quanda 25. §. restitutio, ff. de minor. Amat. cons. 87.* Et sic decisum fuit per S. C. die 14. Iunij 1678. vt refert *D. Alexius ad Capyc. Latr. consult. 144. nu. 11.*

509 Et si emptor fuit ignorans, credens, rem fuisse Venditoris, non autem minoris, vel Ecclesiæ, fructus nullo modo tenetur restituere, nisi post litem contestatam, *Ciarlin. contr. 105. nu. 73. Mmescot. var. lib. 2. c. 9. nu. 5. Duran. dec. 397. nu. 14. Iouius de solemnit. in contract. minor. gl. 3. n. 177. seqq. Barbos. in l. 2. C. si quis ignorans.*

In læsione enormissima veniunt fructus à die contractus, *Nogaerol. alleg. 29. n. 226.* Idẽ si restitutio petatur per viam reiuendicationis, *Molignan. d. altercat. 79. n. 10.*

510 In restitutione concessa ex gratia non veniunt fructus, *DD. sup. citati,* relati per *Faria ad Couar. var. lib. 1. c. 3. nu. 97. Antun. de donat. p. 2. c. 29. nu. 6. seqq. Nos sup. cons. 3. nu. 22.* decisum refert *D. Romaguer. ad Congiol. ad stat. Eugub. rubr. 56. lib. 2. n. 70. & ad Synod. Gerundens lib. 5. tit. 12. c. 9. num. 139. & 168. Nogaerol. alleg. 8. nu. 38. 39.* an fructus extantes *num. 23. seqq. Xamar. defin. 103. Pegas. ad l. 1. Ordin. Portog. tom. 1. ad proem. gl. 55 Vela differt. 16. à n. 51. Gall. sup.*

In restitutione ex gratia, vel à Principe cõcessa, ad quæ illa extendatur, & an adimat Iura, & res Tertio iam quæsita, Non. *Gomez var. lib. 3. c. 13. n. 38. & seqq. & in l. 1. Tauri nu. 12. & in l. 9. nu. 64. Molina de primog. lib. 3. c. 2. nu. 15. seqq. Peregr. de Iure Fisci lib. 5. tit. 2. Cyriac. controu. 342. Tonnut. lib. 2. qu. 42.* Vbi de gratiæ, & iustitiæ restitutione, *Garzia de nobil. gl. 6. §. 1. nu. 43. seqq. Solorzan. tom. 2. de Iure Indiar. lib. 2. c. 27. n. 100. & in Polit. lib. 3. c. 29. fol. 460. Farinac. q. 103. nu. 20. Honded. cons. 55. lib. 2. Altograd. cons. 98. n. 61. Salgad. p. 4. de protect. c. 9. à nu. 173. & c. 14. à nu. 39. & seqq. Paz de tenuta c. 57. à nu. 67. Olea de cess. Iur. tit. 4. q. 2. nu. 26. Antun. de donat. p. 2. c. 29. D. Capon. tom. 5. disc. 345. Vela differt. 16. à nu. 56. Mier. de Maiorat. p. 4. qu. 23. numer. 96. Larrea allegat. 43. lib. 1. Dollesij. aus*

Bot-

Bottilier. de success. ab intest. theor. 74. nu. 6. Andreol. contr. 58. nu. 3. Staiban. obs. 105. nu. 1. Luca ad Grattan. disc. 423. nu. 5. Nos ad Rouit. cons. 3. nu. 21. lib. 1. Mansius consult. 361. nu. 5. & seqq. lib. 4. Philip. Marescа Tract. de legib. fol. 242. num. 54. & seqq.

Licet *Franch. dec. 213. nu. 2.* dicat: Restitutionem delinquentis non operari circa bona, quæ restitutus tempore delicti non habuit, etiam quod durante banno ad eum spectare cæperunt, Tamen contra sunt *Staiban. cons. 35 nu. 22. Gratian. disc. 209. nu. 6. Odd. de restit. p. 2. q. 99. art. 1. nu. 6.* Videndus *R. Marin. ad Reuert. dec. 487.*

Restitutus ex iustitia debet restituere fructus pendentes, & nõ perceptos, *Guttier. pract. lib. 4. q. 69. Salgad. p. 4. de protect. c. 9. n. 93. & a n. 102. & cap. 14. à nu. 136. & 173. & cap. 10. à nu. 40. 74. & 151. Larrea dec. 5. n. 5.*

Damna, & deteriorationes, *Salgad. d. p. 4. c. 9. à nu. 107. 175. & 182. P. Molina tract. 2. de Iustit. disp. 725. Diana tom. 8. tract. 7. res. 12.*

Et Princeps quando remittit alicui crimen, & restituit eum generaliter ad omnia per crimen ommissa, intelligitur tantum quoad pœnam, non autem quo ad bona confiscata, si de eis non fuit facta expressa mentio, *Andreol. Staiban. Luca, Mans, & Nos sup.*

Licet per restitutionem ex gratia, etiam bona à Fisco in alium translata recuperari, quando restitutio est plenissima, *Rota Rom. dec. 10. post Tract. Rodriq. de concursu credit. Staib. d. obs. 105. nu. 7. 8. Nos sup. nu. 15. Mans. sup. num. 6. Rodoer. ad Marin c. 68. nu. 2.* Et restitutus ad patriã dicitur etiam restitutus ad bona, *Rota p. 18. rec. dec. 25. tom. 1. Sabell. §. bannitus n. 21. Menoch. lib. 5. præs. 46. 47.*

Sic officialis dignitate priuatus, & postea restitutus non recuperat eundem locum ab alio præuentum, *Bottilier. theor. 74. num. 5. 110. nu. 25. D. Galeot. contr. 45. nu. 17. lib. 2. Reuch. ad priuil. colleg. Neapol. §. fin. à nu. 123. Nos ad Rouit. d. cons. 3. nu. 4. & ad dec. 37. n. 21. Tasson. de antef. vers. 3. obs. 3. n. 270. Cupibl. de baron. tom. 1. c. 24. n. 8. 9.*

Secus si Princeps expresse contrarium determinauit, vel si remotio fuit ad tempus, nam elapso tempore veterem præcedentiam tenet, *ex l. 2. ff. de decur. Gothofred. in Diatrib. de iure præcedentia p. 1. c. 6. th. 44.*

Verum Rebellis, qui fuit restitutus ex Iustitia per sententiam, tunc recuperat non solum bona medio tempore confiscata, & penes Fiscum existentia, sed etiam alteri quæsita, & cõcessa, *Staiban. d. res. 105. nu. 16. seqq.* & ibi in *obseruat. à nu. 17. Nos d. cons. 3. n. 1. seqq. & dec. 37. nu. 16. Capon. d. discept. 395. num. 28. Mansius d. consult. 361. nu. 2. seqq. D. Ageta sup. num. 11. fol. 340. R. Marin. alleg. 41.*

Alia de restitutione ex gratia, & Iustitia diximus ad Rouit. *d. cons. 3. & 37. dec. & de nullit. Iudic. rubr. 10. q. 6. nu. 53. seqq. D. Crespi obs. 11. nu. 6. Angelis de offic. Baron. cap. 64. Prat. obs. 66. Franch. & Luca dec. 419. D. Petra in rit. 20. nu. 55. R. Marin. lib. 1. c. 46. num. 15. 16. lib. 2. c. 185. Ciarlin. contr. 168. Andreol. contr. 58. Burat. dec. 643. n. 14. Rota dec. 465. p. 2. rec. dec. 449. ex nu. 44. p. 5. Cyriac. contr. 310. Medic. exam. 15. & dec. 41. & addit. Massin. de confiscat. quæst. 41. Noguerol. alleg. 8. Bottilier. sup. alijq. apud D. Ageta sup. R. Reuert. & Marin. dec. 162. D. Georg. alleg. 20. R. Ponte dec. 25. nu. 15. cons. 133. n. 9. Mastrill. de Indul. cap. 22. n. 70.* post alios *Sabell. §. restitutio num. 28.*

511 Impugnans contractum à se gestum, qualiter teneatur restituere acceptum. *Iouius gl. 16 §. 7. nu. 19. & gl. 22. §. 22. nu. 4. Olea de Cess. Iur. tit. 2. q. 1. Leon. dec. 181. Barbos. vot. 76. à n. 100. Molin. de primog. lib. 4. c. 9. nu. 43. Hermosill. l. 56 gl. 11. nu. 141. tit. 5. lib. 5. Ciroc. disc. ept. 71. nu. 51. Pigant. ad Statut. Ferrar. fol. 37. n. 27. Ricc. in praxi tit. de alienat. rer. Ecclesi. res. 88. n. 6. Farinac. de contract. q. 16. num. 15. 103. Manfrell. ad Capyc. Latr. obs. 104. n. 9.*

512 Sed minor impugnans non debet restituere acceptum, si non est factus locupletior, *Ciroc. sup. n. 53. Vrceol. de transact. q. 29. num. 28. Barbos. in l. vnic. C. de reput. Molin. de primog. lib. 4. c. 9. nu. 43. Rip. obs. 301. nu. 8. Magon. dec. Flor. 119. n. 8. Giurba dec. 103. num. 10. Rota dec. 440. n. 1. p. 1. diuers. Menoch. cons. 616. n. 14. cons. 674. n. 15. cons. 714. n. 9. cons. 1122. n. 66. de præs. lib. 3. præs. 84. nu. 1.* Diximus *sup. n. 330.*

513 Si per viam nullitatis non debet restituere acceptum, *Ciroc. d. discept. 71. nu. 52. Prat. ad Pascal. de vir. patr. potest. p. 1. c. 2. vers. Curiosa, & lib. 4. disc. 48. & obs. 48. R. Marin. lib. 2. cap. 234. in fine.*

514 Conueniunt, nam quis petens nullitatem contractus venditionis fundi, v. g. emptor debet illum restituere, sic etiam si minor petat restitutionem in integrum, ob læsionem, non potest emptor illum non restituere, dicendo velle supplere iustum pretium, *Pinell. in l. 2. p. 1. c. 2. n. 26. de resc. vendit. Menchaca contr. vsufr. lib. 3. c. 66. Fachin. lib. 2. c. 89. Cald. de restit. verb. implorandum nu. 14. 15. Simoncell. de decret. in controuers. minor. Morla in empor. tit. 5. q. 1. n. 30.*

Licet contra dicat *Hermosill. in l. 56. tit. 5. p. 5. gl. 11. 12. nu. 114. Couar. var. lib. 1. c. 3. nu. 14. vers. nec cuim dubium,* vbi *Faria nu. 67.* Et hæc sufficiant pro Restitutione in Integrum aduersus Contractus, Quasi Contractus, & Distractus.

De restitutione in Integrum agunt *Tusc. pract. conclus. lit. R. Vasq. vsufr. controuers. cap. 67 Trentacinq. resol. Tepat. tit. 105. 106. 108. 109. 110. P. Gregor. Syntagm. lib. 13. c. 4. Sprengerus, Carpzouius in eius operibus, Farinac. in fragm. ad Repert. Iudic. Dolanus Io: Dunckerus, Stephanus Daoyz, Gisnerus, Guilhelmus Casador. Capuc. tom. 1. p. 3. cap. 10. Petrus Boulliardus, Marius Ant. Caimus, Gothofredus Antonius, Baron. de eff. ct. minor. ætat. circa Contract. vltimas volunt.*

&

& Iudi. ia, Calà de restit. Sfor. Odd. de rest. Maurit. de restit. Gales. de restitut. D. Ionius de solemnit. in contract. minor. per totum, Grossus de contract. minor. per totum, Antonius Gothofredus, Cald. Pereira de restit. in Integrum, D. Manzius in Bibl. Iuris Mandosius, Pellegrin. in praxi, Sabell. in summa Tract. item, & Castejon. Sahagum. Sprengerus, Tomasius, Tusc. lit. M. conclus. 258. seqq. & lit. R. Vilagut. Plures Authores impressi in fol. Franc. fol. 1586. & Lugdun. fol. 1612. Et hæc sufficiant, secundum Nostra paruam Capacitatem, pro restitutione in integrum aduersus Contractus, Quasi Contractus, & Distractus. Cætera suppleant Doctissimi Domini Lectores.

SVMMARIVM.

QVÆST. XXXIX.

Quæ sit reuocatio Contractus, & quid operetur, n. 1.
Contractus ab initio est voluntatis, postea necessitatis, & irreuocabilis, n. 2.
An debeatur Gabella de Contractu reuocato. nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 15. 16.
An debeatur merces data proxenetæ, n. 10.
In quibus Contractibus potest esse reuocatio. n. 17.
Quæ donationes possunt reuocari. n. 18. & num. 418. & seqq.
Mandatum, an, & quando possit reuocari. n. 19. & à n. 20. ad nu. 29.
Concessio Iurisdictionis an reuocabilis, n. 30.
Contractus societ tis an reuocabilis. n. 31. 32.
Reuocatio, an habeat locum in causis pijs, & fauorabilibus. n. 33.
An in dote. n. 34.
An differat pactum de non reuocando à pacto de non contraueniendo. n. 35.
Commodatum, depositum, præcarium, mutuum, an possint reuocari. nu. 36. 37. 38. 39.
An possit reuocari consensus datus per creditorem alienationi rei sibi hypotecatæ. n. 40.
Actus sui natura reuocabilis, an fiat irreuocabilis per pactum de non reuocando. n. 41.
Libertas semel data an sit irreuocabilis. n 42.
Fiscus quando alienata per inquisitum reuocet, n 43.
An detur actio reuocatoria contra Tertium. n. 44.
Contractus vnicus, an, & quando possit pro parte acceptari, & pro parte reuocari. n. 45. & à nu. 46. ad nu. 50.
An possit reuocari consensus datus per feudatarium immediatum, in feudo dato non immediato. nu. 51. 52. 53.
Confessio facta extraiudicialiter, an, & quando possit reuocari. n. 54. & à n. 55. ad n. 63.
Venditio, vt dicatur perfecta, quæ requirantur. n. 64. & à n. 65. ad num. 81. Vbi de translatione dominij.
Promissio de vendendo rem stabilem sine certo pretio, vel cum certo expresso pretio, quando dicatur perfecta, itaut non possit reuocari. nu. 82. Vbi si in ea re habeat locum ius congrui, & illud sit petitum, an post petitionem, & sententiam sit locus pœnitentiæ.
Venditio, ob pretium non solutum, an possit per venditorem reuocari. n. 83. & à n. 84. ad n. 100.
Contractus conditionalis, non adimpleta conditione tempore statuto, an & quando possit reuocari. n. 101. & à n. 102. ad n. 115. Vbi de modo non impleto. Vbi etiam quæ sit Causa finalis, & impulsiua.
Contractus quando dicatur perfectus, adhoc vt non possit reuocari per vnam partem. nu. 116. 117. 118. 119. 120.
An possit reuocari contractus emptionis, si res fuerit asserta libera, & postea sit reperta non libera. n. 121. & à n. 122. ad n. 140. Vbi de vitijs in animalibus venditis, de redhibitoria, & alijs.
An possit reuocari contractus venditionis, si emptor tradat arrham, si velit illam amittere. n. 141. & à n. 142. ad n. 146. 147. 148.
Locator, & conductor, & eius successores, an, & quãdo possint reuocare contractus locationis, & conductionis. n. 149. & à nu. 150. ad n. 237.
Pacta futuræ successionis, an, & quando possint reuocari. n. 238. & à n. 239. ad n. 262.
Reuocatio contractus fit in casibus permissis ab ipsis contrahentibus, an possit fieri ab alijs. n. 263.
Renunciatio facta à Monaco ante professionem, an, & quando possit reuocari, quid si fiat Episcopus, vel exeat à Religione, vel transeat ad aliam, vbi tota materia. n. 264. & à n. 265. ad n. 300.
Corpora regalia si alienet Princeps, an possit alienationem reuocare. n. 301. & à n. 302. ad n. 309.
Officialis, an, & quando possit remoueri ab officio. nu. 310. & à n. 311. ad n. 319.
Concessio alicuius rei annuæ facta per Regem, ad eius beneplacitum, an, & quando possit reuocari. nu. 320. 321. vbi tota materia. & n. 322.
Contractus initus ad certum tempus, cum clausula: Et deinde ad beneplacitum, quando possit reuocari. n. 323.
Princeps faciens gratiam quando possit illam reuocare. n. 324.
An, & quando Princeps possit reuocare contractum cum ipso gestum. n. 326. & à nu. 327. ad n. 342.
Reuocato contractu, an, & quando veniant fructus rei alienatæ. n. 343. & à n. 344. ad n. 359.
Habens facultatem nominandi ad aliquod officium, vel aliam rem, si nominet, an possit reuocare nominationem factam. nu. 360. & à num. 361. ad num. 379.
Fideicommissum an possit fieri, sicut, & maioratus, in contractu, & si fiat, an, & quãdo possit reuocari. n. 380. & à n. 381. ad n. 379. Vbi de donatione causa mortis, cum clausula de non reuocando, si possit reuocari. & n. 406. & à n. 407. ad n. 417. Vbi de debito Cesso, & de delegato alicui, an possit fieri alteri?
Contractus in testamento an possit fieri, & si fiat, an possit reuocari. n. 398. & à n. 399. ad n. 405.
Donatio an sit inter viuos, an causa mortis, & sic reuocabilis si dicat: Dono, cedo, renuncio Titio *n. 418. & à n. 419. ad n. 431.*

Dona-

Donatio facta cum clausula constituti : ex nunc pro tunc, sequuta morte donantis, an sit inter viuos, & reuocabilis.n.432.& à n.433.ad n.447.

Donatio si fiat alicui, cum pacto, quod certo casu adueniente, res donata transeat ad alium, an possit donator donationem reuocare ante acceptationem, & nemine pro absente stipulante.n.448 & à n.449.ad n.485.

Donatio, potest fieri irreuocabiliter, & facta reuocabiliter potest reuocari expressè, & tacite, vbi tota materia.n.486.& à n.487.ad n.499.

Donatio inter viuos perfecta non potest reuocari, quando possit reuocari? n.500.& à nu.501.ad num.550.

Reuocatur donatio ex causa ingratitudinis.n.551.& à n.552.ad n.581.Vbi de ingratitudine cōmissa ab vno, an noceat alteri, & de re donata indiuidua.

An, & quando reuocetur donatio ob superuenientiā, & natiuitatem filiorum.n.582.& à n.583. ad num.613.

Donatio inofficiosa, an, & quando reuocetur. n.614. 615.616. 617.618. Vbi etiam ex causa dotis inofficiosæ.

An facta in fraudem creditorum.n.619. & à n.620. ad n.653.

Contractus alienationis rei feudalis, an, & quando possit reuocari, ante obtemptum Regium assensum n.654.& à n.655.ad n.727.

Ecclesia si vendat fundum sine assensu Apostolico, an possit reuocare.n.728.

Si emphyteuta alienet rem emphyteuticam, si non adsit assensus domini directi, an, & quando possit reuocare.n.729.& à nu.730.ad n.763.

Contractus adiectionis in diem, & legis commissoriæ quando possit reuocari.nu.764. 765. cum pacto de retrouendendo.n.766.

Contractus reuocatur cum consensu vtriusque contrahentis.n.767.768.

Pactum nudum an producat actionem, n.769. an cum Iuramento n.770. Quid de Iure Canonico.n. 771 772.773.774.

Contractus innominatus, & nominatus quis sit, & an, & quando possint illi reuocari.nu.775. & à n.776.ad n.805.

Contractus locationis, & conductionis, mutui, depositi, donationis, an sint contractus innominati. nu. 806.807.

An contractus transactionis. nu.808. & à nu.809. ad num.831.Vbi an donationis.

Contractus, & actus reuocabilis, an fiat irreuocabilis per Iuramentum.n.831.832.834.

An differat nullitas à reuocatione contractus.n.835. 836.837.838.

Reuocatio Cōtractus, an requirat solēnitates requisitas, in confectione Cōtractus.n.839.840. 841.

Reuocatio est intimanda parti, an casibus, quibus potest reuocari.n.842.

Dominus, an, & quando possit reuocare Contractum, vel aliam actum factum per procuratorem, vel nuntium, n.843.

Reuocatio quando pro facta habeatur, si non fecit per eum, qui illam facere volebat. num. 844.

Ius reuocandi reseruatum, an transeat ad hæredem. num.845.

An, & quando dicatur perfectus contractus emptionis, vel conditionis, quando factis subhastationibus, quis offerat, & remaneat sibi res ad extinctum candelæ. num.846. & à num.847. ad num.960.Vbi tota materia venditionis, seu locationis rei subhasta, quoad fiscum, minores, Ecclesias, debitores decoctos, & similes.

Quid sit reuocatio Contractus, vel Quasi Contractus, vel Distractus, & in quibus contingat? Et in quo differat à Nullitate Contractus?

Quæst. XXXIX.

1 REuocatio Contractus est, quasi mors voluntaria Contractus, & definitur, quod sit: *Retractatio voluntatis contrahendi, per contrariam eorumdem voluntatem. Oltrad.consil. 231.Card.Tusc.verb. reuocatio conclus.316.* Et reuocatio operatur, quod actus habeatur pro non facto. *Rota Romana* apud *D. Celsum decis. 38.num.6.Molin. de primogen.lib.1. cap.12.nu.8.* Ibi: Contractus si reuocabilis est, desinit esse Contractus.

2 Licet alias Contractus ab initio sit voluntatis postcà necessitatis, & irreuocabilis, *Cyriac. contr.278.451.Felic.de censit.17. nu.2.33. Salzad. labyr.credit.p.1.c.33.à num 19 Hermosill.in prol.go p.5.gl.1.num.2.Barbos.voto 76. à num.20. Castill.lib.3.controu 26.Tondut.lib.2. quæst.66. P.Molina disp.258.Gomez var. in 2.c.8.Couar. lib.1.cap.14.* & ibi etiam *Faria.*

3 Quod est adeo verum, quoad reuocatos, quod si per statutum de omni Contractu debeatur gabella, vt est in aliquibus Mundi partibus, si fiat Contractus, & reuocetur, & resoluatur Contractus incontinenti, & re integra, non debetur gabella, *Fagund. de Iustit. Contract.lib.5.c.3.4.& 39.Sabell.§.gabella n.6.7.*

4 Item si Contractus sit conditionalis, nam conditione pendente possunt partes à Contractu recedere, si recedant, & reuocent Contractum, si interim sit soluta gabella, restituitur, quia est, ac si Contractus factus non esset. *D.Capparell. resol.24.* Nam data conditionali dispositione, talis eius est natura, vt ante illius implementum, nec obligationem, nec actionem pariat, immo facit actum ità in suspenso stare, ac si factus non fuisset. *l.cedere diem 213.ff.de verbor.obligat.Surd.dec.209. dec.232. Cyriac.controu.424.num.5.& seqq.Pegas resol.c.1. num.45.seqq.D.Capparell.d.resol.24 n.2. Guttier. de gabell.q.8.nu.3.4.Molina de Iustit. disp.337. Surd.decis.305.num.20.21. Tusc.lit.G. concl 5. nu.26.P. Molfes.in summa tract. 12. de contract. cap.22.n.105.*

Quamuis res tradita fuisset. *Guttier. d. q. 8. num. 4. D. Ceppar ell. sup. n. 8.*

5 Quamuis contra teneat *Menente consil. 128. 129. 130.* in impressis post eius *decisiones*, qui consuluit contra, in causa relata per *Surd. d. decis. 305.* vbi contra *Menent.* decisum refert per suum Senatum, & ipse *Menente d. consil. 130. num. 4. & 5.* non negat, quod quando Contractus est conditionalis non adimpleta conditione, non debetur gabella, aliud quando est purus, sed resolubilis sub conditione.

6 Verum, si adsit statutum, quod de omni re vendita soluatur gabella, si fiat alienatio, & postea reuocetur Contractus, debetur gabella, si reuocatio sit voluntaria, cum tunc sit noua alienatio ex integro. *Francisc. Personal. de gabell. sub num. 141. Precol. de transact. qu. 73. n. 35. & seqq. Fagund. de Iustit. Contract. lib. 5. cap. 3. & cap. 39. Vasq. opusc. moral. de restit. cap. 6. §. 2. dub. 2. Hermosill. l. 7. gl. tit. 5. p. 5. n. 5.*

7 Idem dicimus de retrouenditione voluntarie facta, seu etiam coacte, ob pactum ex interuallo, *Surd. decis. 305. num. 26. seqq. Card. Luca de feud. disc. 69. num. 6. Caualer. dec. 360. nu. 5.* quidquid contradicat Idem *Surd. consil. 136. nu. 27. Hermosill. gl. 6. l. 42. tit. 5. num. 21. & seqq. fol. 655. Tusc. lit. G. concl. 6. num. 14. P. Molfes. in summa tract. 12. cap. 22. num. 108.*

8 Si vero reuocatio proueniat ex eo, qui Contractus esset nullus, & inualidus ob remedium iuris communis, aut municipalis, tunc non esset locus alteri solutioni gabellæ. *Alex. cons. 104. num. 5. lib. 1. co. s. 36. num. 5. seqq. lib. 4. Ruin. cons. 273. num. 68. seqq. Gratian dec. 74. num. 27. Franc. Personal. sup. n. 137. seqq.*

9 Immò soluta gabella repetitur. *Surd. dec. 122. num. 9. Sousa de emph. qu. 97. num. 10. & seqq. Precol. d. qu. 73. num. 37. 38. Salgad. de regia protectio. p. 4. cap. 14. num. 36. Gratian. disc. 745. nu. 9. Guttier. de gabell. qu. 9. num. 2. 3. Faenz. cons. 32. num. 43. Noe de nullit. iudic. rubr. 8. qu. 15. nu. 27. D. Ceppar ell. res. 94. num. 5.* Vbi limitat num. 8. 3. 10. vt debeatur ex parte dolosi. *Barbos. cap. pell. verb. sign. Cepparell. 59. num. 1. Idem op. . 8. 7. D. Molinus obs. 95. Vasq. opusc. moral. tract. de restit. cap. 6. §. 2. dub. 1. Sabell. §. transactio num. 24. §. gabella n. 6. 21. Fagund. de iust. & contr. lib. 5. cap. 3. 4. 39. P. Molfes. d. c. 22. nu. 104. Tusc. lit. G, conclus. 5. num. 14.*

10 Verum quoad mercedes datas proxenetis, ob contractum, quia dantur pro seruitio, & opera sua, quæ cum sit sequuta, non repetuntur. *Sanfel. dec. 314.* Vbi limitat quando ex quantitate argueretur merces data non solum pro opera, & labore, sed etiam pro causa sequuta, nam tunc dempta rata pro labore, & seruitio posset reliquū repeti. *Sabell. §. gabella num. 21. §. venditio num. 59. §. expensæ num. 13.*

11 Sic non debetur gabella pro retrouenditione facta vigore reseruationis dominij, vel pacti de retrouendendo, cum fiat ex necessitate, & ad pro executione, & accessorijs primi contractus, *Surd. dec. 305. & 321. Tusch. lit. G. conclus. 5. num. 15. 39. Gratian. disc. 280. num. 9. 14. Noua. sup. pragm. coll. 226. Gutt er. de gabell. qu. 10 num. 22. seqq.* secus si tale pactum esset appositum ex interuallo, & ex noua causa. *Menente cons. 128.* post suas decisiones, contra dicta per *Surd. d. decis. 305. D. Hodiern. ad Surd. dec. s. 321 num. 4. Guttier. de gabell. qu. 10. nu. 26. P. Molfes. sup. d. c. 22. num. 108.*

12 Non debetur in vendione facta verbis directis, cum pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem, si rescindatur. *P. Stephan. de Neapol. de princip. aut. & iust. p. 1. lib. 2. cap. 43. num. 4. Christin. dec. 93. num. 3. vol. 3. Gomez variar. tom. 2. cap. 2. &* ibi *Ayllon. Vasq. opusc. moral. tract. de restit. cap. 6. §. 2. dub. 2. & 3. Hermosill. sup. fol. 640.*

13 Non debetur in retractu gentilitio, ratione consanguinitatis facto. *Vasq. sup. ex Tiraq. de retract. gentil. §. 29. gl. 1. nu. 1. seqq.* hæc declarando, quia fit ex necessitate legis, & sufficit fuisse solutam ex primo contractu, Cum vnica debeatur gabella *Gomez ad l. Taur. 70. nu. 30. Vasq. cap. 6. de restit. §. 2. dub. 3. Surd. d. 305. n. 22. Tusc. §. gabella conclus. 5. nu. 10. P. Molfes. d. c. 22. num. 110.*

14 Sic gabella est restituenda emptori equorū, vel similium animalium, si obtinuerit per redhibitionem contractum rescindi, cum debeat ab illo indemnis discedere. *Angel. in l. debet 27 in fin. ff de aedil. edict. Gratian. disc. 343. nu. 22. 24. Sabell. in pract. §. gabella num. 30 73.* Vbi an sit restituenda à venditore, vel Fisco, qui illam habuit.

15 Idem est in retractu, in quo gabella cum omnibus expensis est restituenda emptori, à quo res retrahitur, cum debeat indemnis conseruari, *Gratian. disc. 343. & 460. num. 65. & seq. Guttier. de gabell. qu. . Sabell. §. expensæ num. 3. §. venditio num. 59. §. contractus nu. 51. D. Con. . lib. de pralat. . . 5. per tot. signanter num. 36 Capan. ad Stat. Mediol. cap. 417. num. 6. . . . . 23. num. 26 seqq.*

16 Verum vendens cum pacto de retrouendendo facit contractum perfectum, & consumatum, & absolutum, licet reuocabilem. *Gratian. disc. 526. nu. 53. Altograd. co s. 68. n 6. & seqq. lib. 2.* Et cum redemit debet restituere emptori gabellam solutam, & expensas proxenetarum. *Sabell. §. venditio n. 59. fol. 358. Hermosill. l. 6. gl. 42. tit. 5. fol. 655. & l. 61. tit. 5. num. 5. fol. 848. P. Molfes. d. c. 22. num. 108. Tusc. §. gabella, concl. 6. n. 14.*

17 Reuocatio potest contingere, vel respectu contractuum gratuitorum, vel onerosorum. Gratuitorum, vt est donatio, quæ nullo iure cogente fit, & antiquitus erat reuocabilis, cum dependebat ex sola voluntate donantis erga donatarios, igitur poterat sola voluntate largitoris, nulla ingratitudine eorum, in quos conferebatur, intercedente, sola sponte eorum ad . .

ad libitum posset reuocari. Verum postea irreuocabiles factæ sunt, ex *l. 1. 6. ff. de donat. l. si quis argentum, cum seqq. C. de donat. auth. quod mater C. de reuoc. donat. Oñat. de contract. tract. 6. disp. 20. num. 11. & 12. Pacificell. de donat. qu. 4. Cutell. eodem tract.* latissime *D. Antunn. eodem Tract. lib. 1. prælud. 1. Sabell. §. donatio Castejon. §. donatio.* De qua reuocatione donationis dicemus *Infrà.*

18 Multæ sunt donationes, quæ possunt reuocatori, vt est illa inter patrem, & filium in potestate, inter filium, & patrem, inter virum, & vxorem, quæ cum sint nullæ, semper possunt reuocatori, scil. sunt validæ, donec reuocentur, confirmantur tamen morte donantis; *Oñat. de contract. disp. 20. sect. 1. num. 13. seqq.* Dicemus tamen latè infrà *rubr. seq.* Diximus *quæst. 32. Sabell. §. donatio §. ratificatio, Castejon §. donatio, Bossius de dote cap. 8. §. 2. nu. 19. cap. 5. §. 4. num. 120. Andreol. contr. 240. D. Rubeus de confus. c. 2. n. 174. & seqq.* Et dicemus hic *infrà.*

19 Mandatum procuratorium semper potest reuocari, ad nutum concedentis, nam licet sit ex contractibus gratuitis, semper ea lege datũ est, quasi precario, vt pendeat semper à voluntate, & nutu concedentis, cum totum fiat ad vtilitatem concedentis, cuius res agitur, vt sit procurator in ea ad nutũ reuocabilis eius, qui eam concessit, & cuius res agitur, latè *Golin. de procurat. lib. 3. cap. 5. per totum, Card. Luca de legat. disc. 43. n. 4. Nocc. de mand. nota 9. nu. 18.* Vbi *nu. 19.* secus re non integra ex *Stracc. de mercat. tit. mand. num. 3. Golin. sup.* Diximus *Nos qu. 31. Torre de pactis fut. succ. lib. 1. cap. 29. n. 95. Altograd. cons. 6. num. 9. seqq. lib. 1.* Reg. *Capyc. Latr. cons. 21.* vbi *Luca, Reg. Marin. lib. 2. cap. 148. num. 5. Rota decis. 354. nu. 5. part. 4. recent. Tusc. lit. R. conclusion. 324. Mesa vt supra.* Quamuis sit constitutus perpetuo, etiam cum iuramento semper potest reuocari, *Staiban. resol. 47. n. 37. lib. 1. Grattan. disc. 783. num. 35. D. Mansius bibliot. iur. tit. 3. de proc. quæst. 35. Castejon. §. procurator.*

20 Et facultas reuocandi mandatum sicut cõpetit mandanti, competit eius hæredi, qui in omne ius testatoris successit, *l. cum hæredes 23. ff. de acquirend. possess. l. cum hæres 11. ff. de diuers. & temp. præscript. Argel. de requir. poss. quæst. 10. art. 6. num. 3. Cyriac. contr. 327. num. 56. Menoch. cons. 108. num. 46.*

Nec ex natura successoris, natura obligationis immutatur, *l. 2. §. ex his, ff. de verb. obligat. Cyriac. contr. 277. num. 5. Carleual. de indic. tom. 2. tit. 3. disp. 9. n. 2.*

Cum defunctus, & hæres, iuris intellectu, vna, & eadem persona censeatur, *Auth. de iuretur. à Morient. præst. in princ. Carleual. sup. Merlin. de pignor. lib. 2. qu. 66. num. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 47. num. 1. Surd. consil. 15. num. 2. cons. 165. n. 1. cons. 221. n. 24. cons. 222. n. 12. cons. 268. n. 23. cons. 300. n. 8. cons. 457. n. 27. Barz. decis. 64. n. 10. Vaz axiom. iur. lit. H. nu. 19. & seqq.* Vbi limitat, & declarat.

21 Et sit procurator constituatur cum clausula, & promissione, non reuocandi, etiam potest reuocari, cum tale pactum sit contra naturam mandati, quod est ad libitum reuocabile, *Mantua sing. 543. n. 1. Mancin. de iuram. p. 1. eff. 22. num. 11. Magon. decis. Lucens. 25. num. 69, Mastrill. de magistr. lib. 1. cap. 27. num. 5. Molina de primogen. lib. 4. cap. 2. d n. 4.*

22 Quamuis adsit iuramentum, *Dec. cons. 521. num. 16. & cons. 265. in fine, & cons. 293. Natta cons. 474. num. 7. Surd. cons. 264. num. 39. Cranet. consil. 171. num. 6. Ricc. collect. 1132. Ludouic. decis. Lucens. 44. num. 29. Gratian. disc. 783. Sabell. §. mandatum nu. 19. Nouar. super pragm. coll. 196. num. 33. 34. in paruis. Idem lib. 2. quæst. 29. num. 8. Intrigl. sing. 26. num. 63. lib. 3. D. Galcot. contr. 60. lib. 1.* Vbi idem multò magis in hærede.

23 Et etiam, quamuis adsit iuramentum de non reuocando, *Gallup. in praxi part. 2. cap. 8. num. 31. 32. Reg. Galcot. contro. 60. num. 1. 3. 11. lib. 1. Gratian. cap. 783. Rouit. cons. 16. num. 11. part. 2.* decisum per S. C. refert *Golin. de proc. part. 3. cap. 5. num. 120. D. Albrit. de in constantis quæst. 12. nu. 12. & seqq.* post *Guttier* tenet *Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæst. 18. num. 76. in medio. Torre de pactis fut. success. lib. 1. cap. 5. nu. 11. Monald. dec. 323. n. 6.* licet reuocans incidat in periurium, *Monald. sup. in addit.*

24 Secus esset si esset promissum cum iuramẽto non reuocare, & alteri esset ius quæsitum *Boer. decis. 207. num. 3. Natta consil. 426. num. 11. lib. 2. Lup. de donat. inter. § 45. num. 6. Bicb. decis. 305. nu. 1 dec. 371. part. 1. rec. dec. 3. 4. 5. D. Albrit. d. qu. 12. n. 52.*

25 Item si mandatum esset factum super eo, quod quis tenetur de necessitate, quod reuocari non potest in præiudicium procuratoris, *Serafin. dec. 531. num. 2. Gabriel. de procurat. conclus. 2. num. 19.* Eo magis vbi iam per procuratorem cœptum est agi, *Serafin. ibid.* Vt de procuratore in rem propriam, *Golin. de proc. p. 3. cap. 4. num. 16. & part. 4. cap. 1. nu. 3. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 26. defin. 36. num. 13. Burat. decis. 640. num. 11. Rota decis. 443. num. 4. part. 1. rec.* quod intellige in procuratore creditore v. g. mandantis, *D. Albrit. d. qu. 12. num. 86.* Vt de eundem *d. num. 86.* vbi distinguit, & vide eum in *d. quæst. 12.* vbi tota materia reuocationis procuratoris, *Baron. eff. 26. num. 40.* Idem si fuisset facta promissio præsenti, vel absenti, notario, stipulãte pro eo, cuius interest, nam non posset reuocari, *Ramondat. consil. 12. num. 47. inter consil. Sicul. Gusm. de euict. quæst. 35. num. 118. Cald. de empt. cap. 20. nu. 35. Intrigl. sing. 26. n. 7. lib. 3. Baron. sup. num. 42.* Et in procuratore in rem propriam.

26 Sed vt reuocatio teneat mandati, debet esse notificata, itaut ad notitiam reuocati perueniat,

niat, aliàs non tenet, nec valet reuocatio, sed acta valida *Bald. in l. si mandassem n. 1. ff. mandati, & num. 4. & l. si mandatum, C. mandati nu. 28. 32. & in l. si procuratorem, num. 10. ff. de pro. ur. D. Marcian. disp. 91. num. 23. Hermosill. l. 4 gl. 1. num. 55 tit. 4. part. 5. Calder. consil. 84. Bald. cons. 111. lib. 5. Tusc. conclus. 124. verb. reuocatio, Cuman. cons. 148. Roccus. de mandato nota 34. Golin. de procurat. part. 3. cap. 5. num. 1. & 29. num. 95. & seqq. & num. 106. Gratian disc. 505. num. 38. 39. Franch. dec. 119. num. 18. Ayllon. ad Gomez lib. 2. cap. 4. num. 4. & cap. 5. num. 6. Caualer. dec. 67. num. 5. Ricc. collect. 1220. Sabell. §. actus n. 29. Pac. Iordan. vol. 3. lib. 14. tit. 2. nu. 272. seqq. Mascard. de probat. conclus. 1015.* excepto matrimonio, *Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 36. Rota par. 15. recent. dec. 172. Sabell. §. matrimonium num. 4. §. mandatum nu. 19 §. contractus num. 46. D. Albrit. sup. num. 87. & seqq. 107. seqq.*

27 Imo debet publicari reuocatio, adhoc vt nemo cum illo contrahat, *Card. Luca de regal. discurs. 115. num. 8.* Sicut, & reuocatio societatis, *Card. Luca de regal. disc. 23. nu. 14. disc. 115. num. 9. Barra cent. 3. obs. 36. num. 3. 4. Infrà hic num. 32.*

28 Si in mandato adsit clausula: *Quoties procurator esse desieris, toties te constituo*, operatur, vt non possit reuocari, *Addit. ad Rumos Palatios de donat. ver. procurator il 2.* Reuocatio mandati non suffragatur, si fuerit facta ab eo, qui facultatem non habebat, *Rota post Zacchia de salar. dec. 67. num. 12.*

Et reuocatio elicita ex præsumptionibus, cessat alijs vrgentioribus incontrarium, *Zacchia d. dec. 67. nu. 17. 18.* Diximus alia de mandato, & eius reuocatione, & non reuocatione *quæst. 31. num. 1039. & seqq.* Addimus ad omnia ibi dicta, *D. Mansium in bibliothec. legal. tit. de prae. qu. 1. & seqq.* post ibi scripta visum.

29 In iudicijs autem, lite contestata, non potest mandatum reuocari, nec valet pactum, vt possit reuocari, *l. si illa, ff. famil. ercisc. Golin. de procurat. part. 3. cap. 5. num. 117. & seqq. Nos de nullit. iudic. rubr. 9. Sabell. §. procurator. & §. mandatum nu. 20. & Nos in hoc tract. quæst. 31. num. 1039. & seqq.*

30 Irreuocabilis concessio iurisdictionis alicuius, siue sæcularis ad aliquod negotium, siue spiritualis v. g. ad prædicandum, absoluendum, docendum spiritualia, Sacramenta ministrandum, aut dispensandum, & bene dicendum, & huiusmodi, *Oltrad. consil. 203. & cons. 230. Tusc. verb. reuocatio conclus. 315. num. 1. 3.* Ea ratione, quia concessiones, & beneficia Principum debent esse mensura, *cap. ex tua de fil. præsb. cap. decet de reg. iur. in 6. Gemin. consil. 35. Paris. cons. 141. num. 10. lib. 4. Tusch. conclus. 318. verb. reuocatio, Camill. Borell. de præstant. reg. Cathol. cap. 64. n. 64. Vaz axiom. iur. lit. B. num. 10.*

31 Societatis contractus est semper reuocabilis, siue ex voluntate omnium sociorum, siue Vnius. *Spada cons. 193. lib. 2. Merlin. dec. 69. Rot. rec. dec. 454. num. 4. p. 4. tom. 2.* Sed vide per Nos dicta *q. 25. num. 559. & seqq.* Vbi tota materia.

32 Debet notificari reuocatio, alias non censetur reuocata. *Sabell. §. societas. num. 26. 41. §. administrator, num. 36. Rota p. 10. rec. decis. 151. Roccus resp. 17. nu. 4. seqq. lib. 2. Gomez. var.* vbi etiam *Ayllon, lib. 2. tit. de societ. num. 6. Escob. de ratiocin. cap. 23. Felic. de societat. cap. 3. num. 68. Idem Roccus de societ. Mercator. nota 70. n. 146. & seqq.* vbi explicat, *Rota Rom.* post *Salgad. labyr. credit. dec. 30. nu. 2. seqq.* Diximus *Nos sup. q. 25. Card. Luca de regal. disc. 23. n. 14. disc. 115. num. 9. Barra cent. 3. obs. 36. num. 3. 4.* Diximus *sup. num. 27.*

33 Reuocatio non habet locum in piis, & fauorabilibus causis. *d. l. quæmuis Ias. in l. qui Roma. 83. ff. de verb. oblig. num. 44. Signorol. cons. 243. num. 3. Tusc. verb. reuocatio. concl. 316. nu. 5. 7. Idem Signorol. cons. 245. num. 5. Onat. de qu. 20. n. 2141. Card. Luca de regal. disc. 31. num. 6. Cancer. var. lib. 2. cap. 5. nu. 53. 55. D. Penta dec. 6 num. 3.*

Nec licet hæredi mandanti reuocare. *Faria ad Couar. var. lib. 1. c. 14. n. 66.*

34 Nec in dote. *Salgad. labyr. credit. lib. 1. c. 33. nu. 16. seqq. Dec. cons. 35. nu. 5. Menoch. cons. 92. num. 79. Couar. var. lib. 1. cap. 14. nu. 13. Calcan. cons. 31. ex num. 21. Tiraq. de priuil. caus. piæ. priuil. 133. P. Barbos. in rubr. ff. solut. matrim. p. 4. ex. num. 37.* Qui DD. dicunt hoc etiam in hærepe dotantis. *Barbos. signanter sup. num. 42. seqq. Molin in cuipor. tit. de Iurisd. omn. iudic. num. 103. Sanch. de matrim. disp. 6. num. 9. Faria ad Couar. lib. 1. cap. 14. nu. 65.*

35 An Differat pactũ de non reuocando à pacto de non contreueniendo. *Molina de primog. lib. 4. cap. 2. à num. 45.*

36 Commodatum non potest reuocari, nisi post vsum completum. *l. commodato 17. §. sicut ff. commodat. l. 2. C. eodem, Pichard. in §. item is. Instit. quib. modis re. vn. 32. Menoch. de arbitr. cas. 23. Couar. var. lib. 3. cap. 15. nu. 7. Mantica de tacit. l. b. 9. tit. 1. Staib. de interesse. lib. 2. tit. 12. qu. 1.*

Nam regula generalis est, quod post ius quæsitum alteri non est locus pœnitentiæ. *Salgad. de retent. p. 1. c. 13. à n. 72.*

Secus si non fuerit acceptatum, nam per creditorem reuocari potest. *Gratian. disc. 8. n. 26. Felic. de censib. tom. 2. lib. 4. cap. vnic. num. 4. Cancer. var. tom. 3. cap. 8. nu. 18. Hermosill. lib. 5. tit. 3. p. 5. gl. 4. num. 13. Surd. cons. 385. num. 3. 27. Duard. de censib. §. 6. qu. 10. Costa de reintegr. dist. 92. Olea de cess. iur. tit. 1. q. 1. nu. 17.*

37 Depositum potest adhibitum deponentis reuocari *l. 1. §. in depositum. ff. depositi. DD. in l. pecuniam. ff. de condit. caus. data. Onat. de contract. tom. 2. tract. 19. sect. 5. fol. 895.* Nec depositarius potest opponere aliquam exceptionem compensationem, exceptionem dominii, non nume-

numeratæ pecuniæ, & alia. *Mantica de tacit. lib. 10. tit. 10. Leotard. de vsuris. q. 32. n. 12. seqq. Tusc. lit. D. conclus. 200. seqq. Carleual. de Iudic. lib. 2. tit. 3. disp. 31. Hermosill. tom. 1. tit. 3. l. 9. gl. 1. fol. 260. Rota p. 14. rec. 64. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de deposit. Sabell. §. depositum nu. 2. Castejon. eodem. §. Pegas resol. c. 3. num. 118.* Quod intellige quando est factum pro absente ante acceptationem *Tusc. lit. D. conclus. 213.* & quando est factum voluntarie penes amicum, custodiæ causa tantum; secus si ordine Iudicis pro soluendo creditori, vel aliter. *Oinot. in §. præterea. instit. qu. b. mod. re contr. Obligat. Tusc. sup. concl. 198. seqq. Ludouis. & Add. dec. 146. Christin. dec. 48. vol. 3. Tepat. sentent. tit. 374. Onat. de contract. tom. 2. tract. 19. Hermosill. tom. 1. tit. 3. l. 1. gl. 1. & seqq. D. Romaguer. ad Conciol. ad statut. Eugub. lib. 1. rubr. 51.* Alia de deposito *Sabell. §. depositum. Castejon. §. depositum.*

38 Precarium adlibitum potest reuocari, etiam absque causa *l. 2. ff. precar. Conar. lib. 3. var. cap. 15. Molina disp. 298. l. cum precario ff. precar. vbi DD. cap. fin. de precar. & ibi Aug. Barbos. in collect. tit. 9.* Gregor. *Lop. gl. 1. tit. 2. p. 5. Conar. in 4. decretal. 2. p. cap. 3. §. 1. nu. 17. & lib. 3. var. cap. 15. n. 7. seqq. Menoch. de arbitr. cas. 23. num. 4. Valens. cons. 121. nu. 56. lib. 2. Cibalin. de vsuris p. 1. lib. 3. cap. 5. D. Pegas. de res. 3. nu. 116. & 123. Tusc. lit. P. concl. 472. & seqq. Castejon. §. precarium. Sabell. §. precarium. nu. 1. Rota* post *Michalor. de fratrib. dec. 35. num. 46. Fontanell. de pactis cl. 4. gl. 10. nu. 151. Capyc. Latr. consult. 47. Borrell. de magistr. lib. 1. cap. 12. n. 68. Renert. dec. 12. Mastrill. de magistr. lib. 1. cap. 27. Io: Redin. de maiest. Princip. vers. sed etiam à num. 177. tom. 16. Tract. fol. 166.*

Maxime si intercedit aliquod temporis spatium, & interuallum. *Molina disp. 298. nu. 3. Valasc. de iure emphyt. qu. 34. nu. 1. Rota post Michalor. d. dec. 35. num. 47.*

Nisi tamen implementum respiceret substantiam, & causam finalem contractus, sine qua alter ex contrahentibus non contraxisset. *Rota dec.70.nu.7.seqq.apud Torre de pactis fut. success.Vrceol.consult.53.65.*

Idem in donatione ob causam, nam causa non sequuta ipso iure reuocatur. *l.1. C. de donat.ob causam.Clar.§.donatio qu.25. Tusc. lit. D. concl.631.P.Diana p.8.tract.6.res.89.109. Rota p.13.rec.dec.145.nu.5.seqq. Sabell.res.cap.59.n.8.*Dummodo sit finalis, nam impulsiua solum abusiuè dicatur causa, *Fontanell.de pactis nupt. cl.4.gl.1.nu.19.Altograd.cons.7.n.9. lib.1.Staib. res.161.nu.84.lib.2.& in obs.ad res.4. nu.32.lib.1.*Sic facta causa ingressus in religionem, ea non secuta reuocatur. *Antun. de donat. lib.1. præl.2.§.1.n.99.Noguerol.alleg.14.* Cyriac.*controu.270.Guttier.lib.2. pract.qu.65.* post alios *Castejon.§.donatio nu.29.Larrea dec.66.Castill.de alim.c.14.Paz de tenuta c.57.d n.121.*

Difficultas est ad videndum quæ sit finalis, quæ impulsiua. Finalis dicitur illa, quæ est obiectum intellectus, & principaliter in agēdo actu ab Agente consideratur, & quæ ipsū præcipuè mouet, & quodammodo ad agendū arctat. Vel causa finalis dicitur illa, quæ principaliter ab agente consideratur, & in quam ipsius mens dirigitur, adeo quod sit prima quo ad intentionem, vltima quoad executionem. Causa impulsiua est illa, quæ occasionem præbet, & præter vltimum finem mouet agētem, & dat causam actui. *Couar.var.lib.1.c.20. nu.2.*& ibi *Faria,Gratian.disc.971.nu.45. Altograd.cons.52.nu.67.lib.1.& cons.1.nu.7.10.lib.1* Sic alleganti causam esse finalem incumbit onus probandi. *Soccin. cons.83. in fine vol.3. Altograd.d.cons.1.nu.13.lib.1.Staiban. obs.4.nu.33.& seqq.*

114 In contractibus, & dispositionibus factis in matrimoniis sub conditione non est locus reuocationi, & pœnitentiæ, *Castill.lib.5.contr.cap.109.*

Sic donatio facta contemplatione matrimonii, eo nō sequuto potest reuocari. *Mier.de maiorat.p.1.q.22. nu.53.54. Grass. de except.except.40.nu.10.11.Noguerol. alleg.23.nu.160.P. Molfes.tom.1.ad Consuet.Neapol. p.7.q.8. Serafin.dec.914.Barbos.voto 69. Faria ad Couar.lib.1.c.14.nu.68.*

Sed si esset facta donatio ex causa dotis, in beneficium vxoris, & ei esset ius quæsitum, nō posset vxor consentire reuocationi, vt est donatio facta contemplatione matrimonii, quando respiceret commodum vxoris, & filiorum, secus si commodum mariti tantum respicier, *P.Molfes. tom.1.cons.11. & tom.2. par.8. & 9. Franch.& Luca dec.105.Staib.res.3.nu.12.Nos ad Rouit.cons.15.n.1.seqq.tom.2. Sabell.§.donatio.n.21.*

115 In contractibus fauore piæ Causæ reuocatio non habet locum. *Couar.var.lib.1. cap. 14.num.15.& seqq.& ibi Faria.nu.54.55.Rec. collect.3144.*Et *Faria* dicit ante acceptationem posse reuocari, secus facta Deo de erogando aliquid piæ Causæ.

Donatio facta Ecclesiæ sub modo, modo non impleto non reuocatur, sed datur actio ad implementum, nisi expressè sit conuentum contrarium. *Faria sup.nu.16.*

Contractus quando dicatur conditionalis, ità vt non existente conditione, vel implemento ex parte agere volentis resoluatur. *Gratian.disc.307.* vbi etiam *Luca. Sabell. §.exceptio. §.venditio.num.8.17.§.conditio nu.68.72.* Et si sit soluenda gabella, non soluitur pendente conditione. *Tusc.lit.G.concl.5.num.26. P.Molfes.in summ.tract.11.cap.22.n.105.Surd. dec.305.nu.16.seqq.*

Modo causa finali, non impleto, reuocatur donatio, & contractus, secus si sit impulsiuus, nam tunc agitur ad adimplementum, sed in donatione facta Ecclesiæ, modus præsumitur impulsiuus. *Faria d.cap.14.num.17.18. Antun. infrà hic.num.100.* Et si Prælatus, vel Capitulum modum non seruat, donatio non reuocatur. *Antun. de donat.lib.1. prælud.2. §.1.n.102.*

Sic donatio conditionalis, non impleta conditione, reuocatur. *l.1.C.de donat.sub modo. Magon.dec.flor.76. num.20. seqq. Gratian. disc. 381.nu.20.Tusc.lit.D.concl.542.& seqq. Christin.dec.9.10. vol.3. Antun.de donat.lib.1. præl.2.§.1.2. Sabell.§.donatio nu.34. & res. cap.59.* Quando donatio dicatur pura, & quando conditionalis. *Castill.lib.6. contr.119.*

Et reuocatur facta alicui ob ingressum Religionis, si non ingrediatur. *Gratian.disc.96. vbi Luca. Rota p.9.rec.dec.21.56.32. p.16.rec. dec.143. Antun.lib.1. præl.2. §.1.num.97. seqq. Sabell.sup.nu.35. Tusc. lit. D. concl.632.633. Idem Gratian.disc.971. dec.42. vbi Luca, & Scoppa,* Vel si ingressus egrediatur. *Rota decis. 143.nu.23.seqq.p.16.rec. D.Constantin. ad stat. vrbis tom.2. annot.43.n.86.fol.175.*

Donatio ob causam, dicitur ob causam necessariam existentem, quæ fit ad commodum donantis. *Crauet.cons.136.num.2.Cavaler.dec.257.nu.2.Gratian.disc.749.nu.14.*

Et illa non sequuta reuocatur, *Sabell.sup. num.*

num. 22. 23. Altograd. consf. 7. nu. 19. & seqq. lib. 1.

Sic etiam donatio facta à sponso sponsæ, matrimonio non sequuto, reuocatur, nisi adesset pactum de non reuocando, vel nisi steterit per sponsum quo minus sequatur matrimonium. *Serafin. dec. 914. nu. 1. Sabell. §. donatio num. 8. Menoch. lib. 3. præs. 19.* Secus esse in extraneo, qui sub hac conditione non intelligitur donasse. *Tusc. lit. D. concl. 697. Christin. dec. 126. 127. lib. 3. Antun. de donat. lib. 1. prel. 2. §. 7. num. 92. seqq. Gratian. disc. 273. n. 23. 24. disc. 498. nu. 37. seqq. disc. 826. num. 44. seqq. Altograd. cons. 7. nu. 19. 20. lib. 1. Franch. & Luca dec. 52. Idem Sabell. d. §. donatio. nu. 21. vers.* Et cum dicta. Vbi *vers.* qualiter, aliter dicit, si causa matrimonii sit impulsiua, non finalis. post *DD. quos citat & num. 13. & 35.*

116 Contractus quando dicatur perfectus ad hoc vt non possit reuocari per vnam partem, & dicimus tunc esse perfectum quando in illo adest consensus altrinsecus, nisi expresè sit conuentum, quod de contractu debet celebrari scriptura, nam tunc donec, & quousque fiat scriptura, est locus poenitentiæ. *R. Rouit. dec. 88. nu. 4. Ant. Fabr. in C. lib. 4. tit. 6. defin. 14. Guttier. pract. qq. lib. 3. qu. 95. num. 12. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de empt. à num. 10. Mantica de tacit. lib. 1. tit. 10. à nu. 1. Gizzarell. dec. 72. Larrea alleg. 88. Bottilier. de success. ab intest. theor. 42. nu. 35. Ripol. var. cap. 1. num. 32. de empt. Hodiern. ad Surd. dec. 227. num. 14. Surd. cons. 84. num. 2. Menchac. illustr. cap. 28. num. 2.* Guttier. *lib. 3. pract. qu. 94. nu. 22. Nos ad Rouit. d. dec. 88.*

117 Alij dixtingunt, vt quando est expresè conuentum, quod de contractu, debeat celebrari scriptura, ante illam, an sit locus poenitentiæ dixtinguendum est. Aut de substatia contractus est, vt sit scriptura, vel inter partes conuenitur, quod aliter contractus non valeat, & tunc necessario sequitur, ad firmandam conuentionem, vt fiat instrumentum, & scriptura antecedat, & semper interim erit locus poenitentiæ. Aut vero dictum est, quod de conuentione fiat instrumentum, & non est de substantia contractus, vt redigatur in scriptis, & tunc quia tale instrumentum ob solá probationem requirit scripturam, & non vt perficiat conuentum, sed erit ante scripturam perfectus, & tunc licet instrumentum non sit factum non licebit contrahentem poenitere. *Morat. cons. 97. num. 10. Thes. dec. 197. Menoch. lib. 3. præs. 148. Rota p. 2. diuers. dec. 271. & p. 3. dec. 34. Altograd. cons. 11. n. 16. seqq. Tusc. lit. P. concl. 65. lit. C. concl. 990. & seqq. Mascard. de probat. concl. 1401. Cald. de empt. cap. 19. Hermosill. tom. 2. gl. 1. l. 6. fol. 455. Sabell. §. contractus nu. 4. seqq. §. Scriptura & §. venditio num. 2. Polid. Ripa obs. 265. Negusant. resp. 9. 13. & 43. Phoeb. dec. 99. Camill. Medic. cons. 31. nu. 15. 16. Ricc. coll. 907. Castill. lib. 3. contr. 26. Cxuali. qu. 90. & seqq. Larea alleg. 106. Barbos. voto. 126. nu. 69. Magon. dec. luc. 93. flor. 135. num. 14. Gama dec. 207. Gabed dec. 39. p. 2. Affl. dec. 39. & ibi Vrsill. & dec. 105. Barbos. in l. contractus Cod. de fide Instr.*

Ratio est quia contrahentes dum voluerunt contractum, qui poterat cum scriptura, & sine, valere, inscriptis redigi, & de eo instrumentum confici, non præsumitur ob id voluisse in scriptis contrahere, nisi ut expresè dixerint. *Decian. resp. 64. num. 4. vol. 5. Amat. cons. 73. R. Marin. ad Reuerter. dec. 5. nu. 1. & dec. 547. num. 4. & 5. Rub. de testam. cap. 8.* decisum fuit anno 1675. per Regiam Cameram, vt retulimus *Nos ad Reg. Rouit. d. dec. 88. in vltim. addit.*

118 In quibus casibus requiratur scriptura, enumerat *gl. in cap. 1. de censibus in 6.* vsque ad numerum triginta quatuor. Inter quos sunt. Depositio Agrimensoris. *Vin. dec. 198. n. 2.* An clericatus, *Graff. in rubr. de effect. cleric. n. 206. Fab. in C. tit. de probat. defin. 11.* Titulus beneficii. *Idem dec. 30.* Absolutio ab Excommunicatione. *Vin. dec. 90.* Captura possessionis. *Idem. dec. 74.* Probatio assensus. *Affl. dec. 398. Vin. dec. 240. Visont. concl. iur. verb. assensus. R. Marin. ad Reuert. dec. 166. & 435.*

119 Contractus dicitur perfectus per dationem manuum, vel Cessionem dexteræ, quando ad tactus manuum accedant verba acta, ita, vt non sit amplius locus poenitentiæ, etiam ante celebrationem instrumenti, quamuis constet partem voluisse superindè instrumentum confici, nisi appareat uoluisse habere aliter contractum pro perfecto, nam primo casu instrumentum fieri dicitur ad simplicem probationem; secundo ad substantiam. *Gratian. disc. 842. & ibi Luca* vbi loquitur de venditione, & *disc. 899. nu. 13 seqq.* vbi de donatione. *Rota p. 3. diuers. dec. 34. & p. 6. rec. dec. 199. num. 9. & seqq. Thomat. dec. 287. Serafin. dec. 854. n. 3. seqq. & dec. 623. nu. 7. Rota p. 14. rec. dec. 184. nu. 3. dec. 364. num. 12. seqq. Magon. dec. Luc. 95. dec. flor. 135. num. 14. Curt. iun. cons. 303. 304. 348. Tusc. lit. C. Concl. 981. Christin. dec. 29. num. 15. seqq. p. 3.* Gizzarell. *& Add. dec. 72. Thes. dec. 197. Menoch. lib. 3. præs. 148. Rota p. 9. rec. dec. 291. nu. 22. seqq. dec. 353. nu. 1. seqq. p. 9. Sabell. §. scriptura num. 21. & 35. §. venditio num. 1.*

Mora potest purgari quando modus non fuit impletus. *Couar. var. lib. 1. cap. 14. num. 6. vers. quinimo. Mier. de Maior. p. 2. q. 4. illat. 8. nu. 190. seqq. Alciat. resp. 111. Cyriac. contr. 247. nu. 42. Menoch. cons. 131. num. 6. cons. 381. num. 43. Crauet. cons. 54. nu. 7. Becc. cons. 172. nu. 16. vol. 2. Galganet. de condit. p. 2. c. 3. q. 7. nu. 27.*

Secus si iua partis sit factum deterius. *l. 1. C. de donat. quæ sub modo. Tusc. lit. D. concl. 711. num. 17. Cyriac. contr. 239. num. 22. Surd. de alim. tit. 1. qu. 48. num. 65. Faria ad Couar. sup. nu. 20. 21.* post *Hermosill. & alios.*

Sed

Sed contra: hæres donatarii omittens alimenta præstare, donata non perdit, dum obligationem ignorat, quia nec moram committit. *Cyriac. contr. 374. nu. 20. Becc. conf. 105. num. 6. Surd. dec. 260. n. 16. Faria sup. nu. 21.*

Et donatarius potest modum implere post contractum modalem reuocatum, & donationem. *Couar. d. cap. 14. num. 9.* & ibi *Faria num. 32.*

Verum post ius quæsitum alteri non est locus poenitentiæ. *Salgad. de retent. bull. p. 1. c. 13. nu. 72.* latissimè videndus scribens de moræ purgatione *Autun. de donat. lib. 1. prælud. 2. §. 1. nu. 102. & seqq. Hermosill. l. 5. tit. 11. tit. 4. p. 5. Pacion. de locato cap. 55. n. 51. seqq.*

120 Venditio inter mercatores dicitur perfecta quando fuit data commissio de emendis mercibus, sequuta emptione, & facto debitore committente in libris pro certo pretio, ità vt etiam si postea committens efficiatur decoctus, iam suo merco apposito, non possit poenitere & merces velle retinere, sed sunt quæsitæ Creditoribus, cum quibus debebit ad concursum venire. *Gratian. disc. 500.*

121 An possit reuocari contractus emptionis, si fuerit res asserta libera ab omni onere, & postea fuerit reperta oneri subiecta. Quod possit, etiam si pretium sit solutum. *Gratian. disc. 175. num. 23. seqq. Tonnat. qq. ciuil. q. 97. nu. 12. Idem Gratian. dec. 13. nu. 19. seqq. Marcs. ot. lib. 1. cap. 90. num. 5. seqq. Altograd. cons. 10. num. 25. seqq. lib. 1. Sabell. §. emptio. n. 16. seqq. Vrceol. de transact. q. 42. n. 17. Idē Altograd. cons. 12. n. 32. & seqq. lib. 1.* Vbi latè *Idem Vrceol. consult. 53. 65. 91. vol. 2. Sabell. §. contractus. nu. 5. §. emptio nu. 16. §. Venditio nu. 38. Rota p. 14. rec. dec. 264. Bich. dec. 638. num. 21. Angelis de confess. lib. 2. qu. 59.*

122 Verum DD. circa hoc solent distinguere; Aut traditio rei venditæ sequuta fuit, & possessio continuata in emptorem, absque molestiis, & tunc non liceat à venditione recedere, quia cum venditio sit perfecta, per traditionem rei, solutionem pretii, & possessionem sequutam. *§. 1. Instit. de empt. & vendit. l. si quis rem alienam. ff. de act. on. empt. Rota dec. 140. num. 3. p. 5. rec.* proinde data perfectione, non licet ab ea amplius recedere, inuito altero contrahente. *l. 1. C. quando licet ab empt. discendere. l. de contractu C. de resc. vendit. Neviz. cons. 37. num. 18. Bellon. iun. cons. 43. nu. 2. Afft. dec. 280. num. 4. 6. Merlin. dec. 567. nu. 33. Rota rec. dec. 140. num. 3.* vbi eo magis possessione sequuta, & *dec. 244. nu. 5. p. 5. rec.* Aut traditio rei non est sequuta, neque possessio continuata absque molestiis, & tunc benè emptor habet fundatam intentionem ad interesse. *l. 1. ff. de action. empt. l. traditio. C. eod. tit.* Sub quo interesse comprehenditur restitutio pretii quantum interesse intrinsecum conuentum, vnde re empta non tradita condemnabitur venditor ad restitutionem pretii, perindè, ac si res in effectu euicta fuisset. *Bal. in d. l. si traditio. Riminald. sen. cons. 368. nu. 1. Rota dec. 244. nu. 4. p. 5. rec.*

123 Sed verior est supra posita conclusio, quod vtroque casu indistinctè licitum sit emptori agere ad restitutionem pretii, seu rescissionem contractus, etiam si res tradita sit, & possessio subsequuta, si ita sibi placuerit magis agere ad restitutionem pretii, quam ad liberationem, & hoc non solum indirectè, vt petendo restitutionem pretii loco damnorum, & interesse, ob fidem non seruatam, & per condictionem sine causa. *Mangil. de euict. qu. 24. num. 40. qu. 83. num. 28. Cenc. de Censib. q. 106. Gratian. disc. 175. num. 23. seqq. & 717. num. 2. & dec. 13. num. 15. seqq. Surd. cons. 13. num. 19. 23. Altograd. cons. 10. num. 35. lib. 1. cons. 12. num. 42. lib. 1. postib. res. 6. num. 6. Amat. dec. March. 6. n. 7. Add. ad Ludouis. dec. 88. n. 10. Add. ad Burat. dec. 640. num. 31. Rota rec. dec. 318. num. 2. p. 1. & dec. 72. nu. 7. p. 9. tom. 1. Merlin. dec. 856. nu. 3. Penia dec. 820. Vrceol. consult. 33. vol. 2. & cons. 65. cons. 91. Ricc. collect. 3628. 3653. Christin. decis. 70. 71. vol. 3. Sabell. §. venditio. nu. 7. seqq. Vrceol. de transact. q. 42. nu. 22. seqq.*

124 Verum etiam directè, vt petendo instrumentum rescindi. *Gratian. disc. 175. num. 16. 23. & d. dec. 13. num. 18. seqq. Ramon. cons. 7. nu. 30. lib. 1. & ibi Balduc. Postb. d. res. 6. nu. 6. 7. Rota d. dec. 415. nu. 4. p. 1. rec.*

125 Et est in electione dicti emptoris amplecti illud remedium, quod sibi magis proficuum sit. *Surd. cons. 13. num. 28. Mangil. qu. 83. num. 28. qu. 86. nu. 25. Giurba dec. 114. nu. 11. 21. Postb. res. 137. nu. 12. 14. Cutell. de donat. tom. 1. disc. 1. nu. 83. seqq. Rota post Salgad. labyr. dec. 32. num. 14.* post *Postb. de subhast.* in addit. *dec. 223. n. 11. Vrceol. d. q. 42. n. 22. seqq.*

126 Quæ remedia illi competunt, quamuis in specie non fuisset promissum, quod res esset libera, cum id sub intelligatur, ex natura rei, quoniam vendens intelligitur rem vendere liberam ab omni onere, & seruitute, & liberam tradere, nisi aliter conuentum esset. *gl. & Bart. in l. ex iis prædiis, C. de euict. Surd. d. cons. 13. num. 15. dec. 253. nu. 8. Altograd. cons. 10. nu. 25. lib. 1. & cons. 12. nu. 32. Barz. dec. 85. n. 2. 3.*

127 Verum promissio expressa, quod res sit libera, videtur secundum aliquos fortius ligare, quam tacita; *Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. qu. 154. nu. 38. D. Marcian. disp. 92. Vrceol. de transact. q. 42. nu. 17. seqq.*

128 Ideò vbi pactum expressum explicite contineret possessionem rei liberè illud importaret præcisam rei liberationem, ità vt non sufficeret, venditori offerre satisdationem, vel aliud æquipollens, cum præcisè res sit liberanda. *Postb. res. 114. n. 24. Giurba dec. 113. nu. 12. Cutell. de donat. tom. 1. disc. 1. nu. 91. Bich. dec. 638. n. 24. Gratian. disc. 75. num. 25. dec. 13. num. 19. seqq.* vbi *Scopp. & Luca. Vrceol. sup. nu. 17. seqq.*

129 Verum hoc licet emptori, quamuis non adsit pactum expressum, sed tantum tacitum, ex iuris præsumptione elicitum, quod vt subintelligatur libere vendita, suffultus ea ratione, vt dicimus de optione, & electione emptoris, qui eo casu potest eligere, vel cautionem, vel rescissionem contractus, vel liberationem, & quodcumque aliud remedium sibi magis, bene visum, & hæc electio collatã in emptorem tollit quodcumque ius venditori offerẽdi satisfacere emptori alio modo, quam ille petit, & cupit, *Cutell. de donat. disc. 1. num. 83. seqq. par. vnic. Rota dec. 32. n. 14.* post *Salgad. labyr. credit.* A quibus deprehenditur non esse veram eorum sententiam, qui dicunt non licere emptori agere ad restitutionem pretij, nisi quando res vendita fuit censui, vel oneri perpetuo specialiter obligata, secus quando generali tãtum hypotheca reperitur affecta, vt voluit *Olea de cess. iur. tit. 7. qu. 2. n. 10. seqq.* Nam non congruit rationi, vt emptor sub fragili cautionis remedio priuetur beneficio, & prouidentia legis, tribuentis illi facultatem petendi restitutionem pretij, aut liberationem rei, *Vrceol. d. 42. n. 27. 28.*

130 Et dicimus: vitium rei venditæ expressè, & non confuse esse declarandum per venditorem, alias teneri redhibitoria, *Surd. & Hodiern. dec. 146. 288. Gratian. disc. 361. 534. nu. 21. Gusm. de euict. qu. 61. num. 17. 24. Hermosill. l. 66. n. 11. 12. tit. 5. p. 5. Pegas res. c. 3. n. 203. Themud. 3. p. decis. 333. Antonell. de temp. legal. lib. 3. c. 20. Pereyra dec. 74. Altograd. cons. 10. num. 29. seqq. cons. 12. Mangil. de euict. qu. 25. seqq. Ricc. coll. ect. 3251. Caspens. curs. Theol. tract. 19. disp. 4. sect. 10 Surd. decis. 265. nu. 7. seqq. Rota p. 9. rec. dec. 461. n. 18. seqq. Vrceol. de transact. q. 42.*

131 Si vero res sit asserta libera, & postea reperiatur oneri obnoxia, quod onus potest à venditore tolli, tunc emptor non potest agere ad reuocationem contractus, *Altograd. consil. 12. num. 32. seqq. & cons. 10. lib. 1. Vrceol. cõsult. 33. & 65. vol. 2. & 91. Ricc. collect. 3623. & 3653. Idem Vrceol. de transact. d. q. 42.*

132 Verum si emptor velit retinere rem, etiam cum onere perpetuo, sibi si sit vendita pro franca, & libera à venditore sciente onus, ei debetur totale interesse, si vendens nesciebat tenetur actione quanto minoris, *D. Marcian. disp. 92. lib. 2.*

133 Si vero emptor sciat tale onus, venditor ad nihilum tenetur, *Marcian. d. disp 92. nu. 2. 3. Bich. decis. 607. 644. Rota decis. 66. part. 12. rec.*

134 Nisi emisset pro æstimatione ab alijs facta, & res fuerit æstimata, tanquam libera, quo casu etiam sciens potest agere ad defalcationem, *Tiraq. de retract. conuent. in præf. n. 20. Michalor de fratr. bus part. 1. cap. 38. num. 43. seqq.*

135 Sic vendens animal morbosum petitur ab emptore redhibitoria, quando animal illud venditum habet vitium latens graue, *Surd. & Hodiern. dec. 146. & Censal.* Et *Hodiern.* amplia etiam in seruis, & mancipijs morbosis, *Paul Zacchia Medic. legal. lib. 2. tit. 3. qu. 1. Hermosill. in l. 64. 65. 66. fol. 856. & seqq. Sabell. §. venditio num. 39. seqq. Mollin. dec. 15. 280. Fagund. de iustit. contract. lib. 5. cap. 38.* secus si morbus sit leuis, *l. 1. §. sciendum, & l. 4. ff. de ædilit. edict. Boer. decis. 228. num. 11. Mota ad Co suet. Panorm. cap. 74. num. 42. Cicalin. contron. 112. Em. Barbos. ad ordin. tit. 17. in rubr. num. 5. Sousa decis. 49. n. 7.*

Quando animal præsumatur morbosum ante contractum, dic quod equus, siue aliud animal, quod moritur intra triduum, præsumitur mortuum ex morbo tempore venditionis habito, *Mascard. de prob. ation. concl. 92. Ludouic. decis. Perus. 118. Boer. dec. 323. nu. 12. Tusc. lit. M. concl 384. 385. Mangil. de euict. qu. 200. num. 88 seqq. Cicalin. contr. 89. & 113. Caball. cons. dec. 179. lib. 1.* Quando moritur ex causa occulta, quæ est in visceribus, & intestinis, nec apparet aliquo modo liuor exterior manifestæ suspicionis, debet condemnari venditor ad restitutionem pretij, *Cancer. var. lib. 2. c. 1. n. 184. Antonell. de tempor. legal. lib. 3. c. 20. n. 13. Themud. dec. 333. n. 2. Aug. Barb. in l. apud C. de ædilit. act. on. 7.* vbi *num. 8.* dicit, quod animal venditum, si post contractum illicò, vel paulo post appareat morbosum, præsumitur fuisse morbosum tempore contractus, *Surd. decis. 146. & ibi Hodiern. & Censal. Hermosill. l. 66. gl. 1. nu. 16. seqq. fol. 861.* vbi *num. 3. 4. 5. fol. 860.* dicit non teneri venditorem serui, si illum vendat in foro ligatum.

Et morbus, qui alias fuit, & nunc inest, præsumitur medio quoque tempore continuasse, *Gabriel. concl. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 13. n. 9. Surd. d. dec. 146. Hermosill. sup.*

Præsumitur vitium ante venditorem, quando incontinenti post eam detegitur, *Antonell. d. c. 20. n. 14. seqq.* decisum refert *Pegas d. cap. 3. n. 194. Hermosill. sup.*

Et in hoc casu non solum habet locum actio redhibitoria, ad etiam quod venditor restituit pretium, & damna, & interesse, *Barbos. in l. 1. C. de ædil. action. num. 2. Noguerol. alleg. 14. n. 110. & 112. Hermosill. sup.*

In actione redhibitoria veniunt fructus, etiam si fiat à venditore, quia resoluit contractum, *Canall. qu. 763. num. 23.* latè *Gallus de fruct. lib. disp. 23. art. 4. nu. 25. 26. Lagun. de fruct. lib. p. 1. c. 14. n. 38. Hermosill. sup. l. 66. n. 29. fol. 863.* & restitutio gabellæ solutæ, & pecuniæ datæ proxenetæ, *Hermosill. n. 3. 4. fol. 859.*

Alia de animali morboso, *Hermosill. tom. 2. l. 64. 65. glos. 1. & seqq. fol. 855. & seqq. Sabell. §. animal n. 6. §. venditio n. 39. & seqq. in pract. §. bouin. 5. Nos qu. tom.*

136 Quando propter vitium vnius rei agatur redhibitoria quo ad alias res simul venditas, *Gratian. disc. 947. num. 20. seqq. Pegas res. cap. 3. num. 207.* Vbi dicunt, quod si plures res venditæ sint aliqua ratione coniunctæ, omnes sint

redhibendæ, si vero non sint coniunctæ rem vitiosam tantum posse redhiberi, *Gomez var. lib. 2. c. 2. n. 49.* ... *lib. 2.* ... *tom 3. c.* ... *154. n. 5* post alios *Hermosill. l. 32. tit. 5. p. 5. gl. 1. n. 149. & seqq.* signanter n. 168. vbi octo casus distinguit, & optime explicat, quando emptor alias esset empturus, vel non, *Gusm. de* ... *q. 61. n. 49. Larrea dec. 72. n. 7. Salgad. de protect. 3. p.* ... *10. num. 127. & in laby.* ... *2. p. c. 11. n. 22. Pegas dec. 3. n. 207.*

Et emptor agens redhibitoria, recuperat etiam quod soluit pro gabella, *Hodiern. ad Surd. dec. 146. num. 8. Gratian.* ... *743. n. 22.*

137 Venditor sciens qualitates, & seruitutes rei, non certiorato emptore, tenetur ad interesse, si verò ignorat tenetur ad quanto minoris emptor fuisset empturus, & sic ad defalcationem pretij, *l. quoad seruitutes 75. ff. de* ... *Capy. dec. 149. n. 15 seqq. T*... *conclu. 51. Christin. ad l. municip. tit. 7. art. 6. Rota p. 13.* ... *dec. 364. nu. 12. p. 2. diuers. dec. 281. nu. 24. Surd. & Hodiern. dec. 166. Martian. disp. 92. P. Steph. de Neap. de iust. & iure lib. 2. c. 40. n. 17. Salon. de iustit. tom. 2. qu. 77. art. 3. contr. 1. & seqq. Azor. inst. 1. mo* ... *p. 3. lib. 8. c. 23. Costa de fact. scient. & ignor. insp. 90. Ge* ... *Spin. cons. 35. n. 15 seqq. Leon*... *dec 43. Gratian. disc. 391.* Vbi quod è contra venditor potest agere ad augmentum pretij, si reperiatur, quod debeatur aliqua seruitus rei venditæ, quæ augeat æstimationem, nisi proueniat à casu, & fortuna, *Sabell. §. vend*... *n. 38.*

Et breui manu fit executio contra eum absque alia dilatione, & processu, *Gratian. d. sc. 534. num. 21. disc. 912. nu. 16. 39. Rota p. 2. diuers. decis. 281. n. 24. se*... *n. 39. seqq.*

De dicto interesse quanto minoris, *Staiban. de interesse lib. 1. quæst. 21. & lib. 2. tit. 9. quæst. 2.*

138 Quando vendens teneatur poena stellionatus arbitrio Iudicis, ob dolum & ... ademptionem ... & quando secus, *Menoch. de arbitr. cas. 381. n. 7. seq. & cas. 382. Bosl. de* ... *Christin. ad l. municip tit. 7.* ... *5. & 6.* ... *de* ... *tit. 7. qu. 2.* ... *concl. 3. Costa de fact. scient. & ignor. dist. 35.* ... *Alto*... *fil. 9.* ... *lib. 1. Farinac.* ... *150. Urceol. consil.* ... *5 n. 6. & seqq. & n. 42. Caball. consil. & decis. 120. num. 17. lib. 2. Conciol. & Romaguer. ad Statut. Eugub. lib. 2. rub. 50.* ... *2. & seqq.*

139 Verum si vendatur res cum onere, minuendo venditor pretium, ob tale onus occultum, valet venditio sine illius manifestatione, *Diana resol. moral. part. 1. tract. 8. resol. 39. & seqq.*

140 Idem quando emptor non potest prætendere ignorantiam qualitatis rei venditæ, imò constat de scientia, etiam per relationem ad aliud, non potest conqueri de venditore quod eum non certiorauit, cum satis dicatur certioratus per dictā relationem, & sciens amplius certiorari non debeat, *Rota p. 12. rec.* ... *Bich. dec. 644. Urceol. de transact. d. q. 42. Fagnad. de iust.* ... *c. 38. Hermosill. d. 66. fol. 800.*

141 Reuocari potest contractus emptionis, & venditionis, si quis emat rem, & tradat arrhā, si venit per sere arrham, Secus si pecunia illa non sit data pro arrha, sed in partem pretij, nā hoc casu non potest pœnitere, sed potest cogi ad obseruantiam, *Bar. & Castr. in l. contractus. §. fin.* ... *de fide instr. Barbos. in l. vlt. C.* quādo liceat ab empt. *disc. lere. F*... *de Iust. & Iure lib. 5.* ... *39. nu. 2. Gomez lib. 2. c. 2. num. 18. & ibi Ayllon. P. Barbosa in l. si cum* ... *38. §. ... Brunem. in d. l. vlt. C. quando liceat ab empt. disced. Pereira de empt. & vendit. c. 18. ex nu. 3. Fachin. lib. 2. contr. c. 28. P. Gregor. Syntag. lib. 25. c. 17. num. 1. Reginald. in prax. lib. 23. tract. 3. c. 26. num. 363. Molina de Iustit. disp. 338. Christin. dec. 61. nu. 2. lib. 3. Seraphin. dec. 854. nu. 9. Cauall. q. 242. Gomez lib. 2. var. c. 2. nu. 18. & ibi Ayllon.*

142 Si venditor renuat, duplicatur Arrha. *Ayllon. ad Gomez sup. D D. sup. citati. Fach. in contr. lib. 2. c. 28. C*... *d. dec. 61. n. 1.*

143 Immo aliqui dicunt non solum emptorē perdere arrham, sed debere soluere interesse. *Pichard. in* ... *de empt. & vendit.* ... *44. Gratian. disc. 748. n. 23. Hermosill. l. 7. tit. 3. p. 5. gl. 1. Surd. dec. 260. nu. 25. seqq. Seraphin. dec. 854* ... Nec arrha continetur in interesse. *Hermosill.* ... *n. 5.*

144 Si vero contractus resoluatur ex consensu vtriusque, tunc non amittitur arrha. *Barbos. sup. n. 16. Brunem. in d. l. vl.*

145 Verùm quo ad primam conclusionem *Hermosill. sup. per totam gl. 1. num. 9. & seqq.* quinque limitationes adducit in quibus etiam amissis arrhis non licet à contractu discedere, prima si res iā tradita sit. 2. si arrha sit data nomine pretij, & gl. 2. 3. Et tunc illarum debetur ... *d. gl. 2. nu. 1. post Gutier.* ... *17. nu.* ... *3. & seqq.* 3. Si data fuit in signum perfectionis contractus. 4. Si per partes non fiet quo minus venditio effectum habeat, etiam tunc arrha non amittitur. 5 Si res vendita pereat antequam ab emptore d... tum sit, quod amissa arrha volit contractu discedere. Et *nu. 14.* addit, quod si vltra arrham, pœna fuerit apposita, vtrumq; debetur. *Osuald. ad Donell. lib. 13. c. 1. lit. Z. Parlador. lib. 1.* ... *cap. 1. §. 14. num. 10.*

Si arrha detur in specie, & non in pecunia, non cedit loco pretij, *Bertazol. de claus. claus. 31. gl. 8. nu. 3. Azeued. in l. 2. tit. 2. lib. 5. recompil. nu. 5.* Nisi species detur æstimata loco pretij. *Hermosill. sup. gl. 2. nu. 2.*

146 In dubio præsumitur Arrha data loco partis pretii, & sic non est locus pœnitentiæ si arrha consistat in pecunia numerata, *Cauall. qu. 242. post Cifuen. in l. 70. Tauri nu. 39.* alij relati per *Hermosill. sup. gl. 2.* qui contrarium dicendum asserit, ad minus de Iure Regni. Immò non præsum. datam nomine pretij, nisi ex-

pressè

præsè dicatur, quamuis absolutè doceat *Pichard. sup. nu. 42.* quod si consistat in pecunia numerata, in parte pretij data præsumitur. *Barbos. in l. si cum dotem, § fin. ff. solut. matrim. num. 38.*

147 Arrha amittitur, & si contractus non sit absolute perfectus, vt si sit data in contractu in scriptis celebrando. *Hermosill. sup. gl. 1. nu. 6.* Videndus *Cald. de empt. c. 18. nu. 35. in fine, & nu. 41.* Item si arrha non sit data, sed promissa. *Cald. de empt. d. c. 18. n. 42. Hermosill. nu. 7.*

148 Item si pactum legis commissoriæ in contractu esset appositum, & arrhæ sint datæ, nã eas amittit emptor. *Azor. Instit. moral. p. 3. lib. 8. c. 13. Hermosill. sup. n. 8.*

149 Contractus locationis, & conductionis quando est perfectus per consensum, rem, & pretium, seu mercedem, tunc tam locator, quã conductor non illũ reuocare potest, *Pacion. de locato. c. 16. & 17. Ludouis. & Beltram. dec. 130.*

150 Secus si non est perfectus per vnum ex dictis requisitis, nam tunc tam locator, quam conductor, si res non est tradita, possunt reuocare, & à contractu recedere. *Penia dec. 6. nu. 3. seqq. Pacion. sup. d. c. 17. nu. 73.* Et quæ diximus sup. de perfectione contractus emptionis, & venditionis, adhoc vt non possit reuocari dicimus, & repetimus hic in contractu locationis, & conductionis,

151 Et sicut illum non potest reuocare locator, aut conductor, non potest illum reuocare illorum hæres. *l. viam. C. de locat. l. sed addes 19. § ex conducto. ff. locati. Osuald. ad Donell. lib. 13. com. cap. 8. lit. H. Olea de Cess. Iur. tit. 3. q. 8. n. 31. in fine.*

Et contractus locationis, & conductionis transit ad hæredes. *Capy. dec. 87. num. 11. & per tot. Staiban. de interesse lib. 2. tit. 10. qu. 1. nu. 53. & 160. Tusc. lit. L. conclus. 413. Christin. dec. 116 num. 8. seqq. vol. 3. & ad l. municip. tit. 8. art. 1. & seqq. Rota p. 10. rec. dec. 335. n. 9. seqq.* vbi etiam si hæres sit minor. *Pacion. de locat. c. 61. & 64. n. 70. & seqq.*

152 Locator potest reuocare contractum locationis pluribus, & causis, ex quo conductor male vtitur re conducta, si non soluat mercedem, si superueniat necessitas domino rei locatæ, si dominus velit domum reficere, si vterque locator, & conductor reuocent. *Pract. Pap. libel. adfict. præst. gl. 1. nu. 6. seqq. Staib. de interesse lib. 2. tit. 10. q. 1. nu. 37. seqq. Medic. exam. 28. Ridolfin. in praxi p. 2. c. 13. num. 32. seqq. Fontanell. dec. 261. Faria ad Couar. var. lib. 2. c. 15. nu. 60. seqq.*

153 Sic, si conductor malè in re conducta versetur, potest expelli, *l. ædem 3. C. locati cap. propter 3. § verum. tit. locati*, vbi *Barbos. Tellez* & omnes. *Molina de Iustit. & Iure tract. 2. disp. 499. sub nu. 13.* Ea ratione, quia tacite videtur conuentum cum eo, vt bona fide versetur, & ideo si aliud faciat, videtur infringere bonam fidem. *Cyn. in d. l. æde nu. 1. Mantica de conieCt. lib. 12. tit. 18. nu. 3. Corbul. de Iure emphyt. tit. de causa priuat. ob rei deteriorat. nu. 6. Menoch. de arbitr. cas. 78. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de locat. resol. 4. Sabell. § conductor. n. 7. § Arbor. nu. 8. Pacion. de locat. cap. 54. Sabell. § locatio nu. 31.*

154 Verum adhoc, vt huic reuocationi, & priuationi locus sit, non sufficit quælibet mala versatio in re conducta, sed tria copulatiue concurrere debent, primum, conductorem male versari, & deteriorare rem ipsam in proprietate, non autem quo ad solos fructus, secundum, deteriorationem non esse modicam, sed considerabilem, & tertium, deteriorationẽ factam fuisse per dolum malum, vel culpam saltem leuem, non autem leuissimam conductoris. *Alex. cons. 118. n. 16. lib. 5. Menoch. de arbitr. cas. 78. nu. 6. Trentacinq. var. lib. 3. de locat. & cond. res. 4. num. 10. Cyriac. contr. 268. num. 9. Ciarlin. contr. 2. nu. 22.* De quibus omnibus requisitis latissime, & optime, *D. Pacion. de locato c. 54. Sabell. sup.*

155 Locator potest reuocare contractum locationis, si Conductor non soluat mercedem conuentam. *l. 4. C. locati. Roman. cons. 399. nu. 1. Coccin. dec. 111. nu. 13. D. Pacion. sup. c. 55. nu. 1. Sabell. d. § locatio. nu. 31.*

156 Quæ conclusio procedit, quamuis adsit pactum de non expellendo durante locatione, & quamuis sit pactum iuratum. *l. quæro 56. § inter locatorẽ. ff. locati. Caroc. de locat. tit. de recusat. q. 14. n. 5. Valasc. de Iure emphyt. q. 21. nu. 4. Merlin. dec. 46. nu. 14. Burat. dec. 281. nu. 16. seqq. D. Pacion. sup. n. 3. seqq. Sabell. § locatio num. 32. § conductor. nu. 10.* post alios *Faria d. c. 15. n. 79.* licet *nu. 78.* referat plures in contrarium, infra alios *Cyriac. contr. 229. nu. 31. Canall. q. 756. nu. 42. Magon. dec. Luc. 75.* & alii, *& n. 80.*

157 Procedit etiam quamuis merces sit soluta in partem, & non tota. *d. l. æde C. locati, Bald. cons. 290. nu. 1. lib. 2. Caroc. de locat. tit. de recusat. q. 14. nu. 19. 20. Gratian. disc. 152. nu. 7.* vbi *Luca Mart. Medic. exam. 28. n. 3.*

158 Expellendi facultas ob non solutionem mercedis oritur locatori statim, ac lapsum est tempus solutioni præfinitum, siue ex pacto, siue lege, vel consuetudine, *Valasc. sup. q. 21. nu. 1. Cyriac. contr. 158. nu. 14. Mart. Medic. exam. 28 n. 4. D. Pacion. sup. q. 55.* vbi latè explicat totam materiam.

159 Procedit conclusio firmata de reuocatione contractus locationis, Si locatori superueniat necessitas vtandi re locata, *d. l. æde, C. de locat. c. propter sterilitatem. § verum tit. eod.* vbi *Barbos. nu. 21.* post alios *DD. D. Pacion. de locat. cap. 56. nu. 1. seqq. Mart. Medic. exam. 28. Sabell. § conductor. num. 1. 2. Fontanell. dec. 261. Olea de cess. Iur. tit. 3. quæst. 8. nu. 31. Sabell. § locatio d. num. 31.*

160 Sed est necesse, quod talis necessitas non immineret tempore factæ locationis. *d. c. propter sterilitatem. Gabriel. de locat. concl. 3. num. 6. Gomez var. to. 2. c. 3. n. 6. Rim. iun. cons. 225. n. 11*

Cancer.var.tom.1.c.14.nu.5. Magon.dec.Luc.75 nu.6. Et quamuis immineret, postea multo magis sit aucta, tunc potest reuocare, *Valasc.sup. q.22.num.9. Molina disp.490.num.9. Faria sup. nu.63.*

161 Requiritur vera necessitas, & non sufficit vtilitas tota. *Angel.in d.l.æda nu.1. Alciat.cons.33 nu.8.lib.8. Caroc.de locat.tit.de recusat.q.2.nu.8. Mart.Medic.exam.28.n.12.*

162 Casus sunt, si domus in qua locator habitabat corruat. *gl. in d.l.æde & in d. cap.propter ver.non minuebat.* Vel si incipiat minari ruinam, *Gomez var.c.3.num.6. Molina d.disp.499. n.6. Valasc.d.q.22.n.3.*

163 Si superueniat hostis in loco vbi habitat locator. *Valasc.d.q.22.n.3. Molin.sup.n.9.*

164 Si locator vxorem ducat, & domus locata, sit magis capax. *Valasc.d.q.22.n.3.* Nisi tempore locationis esset habilis ad nubendum. *Mart.Medic.d.exam.28.n.20.*

165 Si locatori superueniat Dignitas, per quā indigeat maiori familia, & sic domo Capaciori. *Gomez tom.2.c.3.num.6. Molina d.disp.499. num.6.* Vel si locatori superueniat infirmitas, propter quam indigeat domo causa melioris habitationis, vel aeris. *Caroc.de locat.tit.de recusat.q.2.n.10.*

166 Quæ diximus de necessitate propria locatoris, intelligimus de necessitate superuenientе pro habitatione filii eiusdem, aut patris, aut matris. *Bal.in d.l.æde n.17. Mart.Medic.d.exam. 28.num.27.* Non autem aliorum, nisi adsit lex specialis, vt est Lusitaniæ, extendens etiam ad fratres. *Barbos.in d.c.propter sterilitatem nu.22. tit.locat. Valasc.d.q.22.nu.3. Molina d.disp.499. num.6.*

167 Conclusiones per Nos allatæ procedunt in domibus, non in prædiis rusticis. *Gomez d. c.3.nu.6. Caroc.sup.q.2.nu.35. Molin.d.disp.499 nu.10. Medic.d.exam.28.nu.37. Cancer.var.tom. 1.c.14.nu.6. Sabell.§.emptor.n.42.*

168 Nec procedunt in successore locatoris, qui tenetur stare locationi defuncti, secus in hærede. *Surd.cons.163. Gratian.disc.117.num.19. Barbos.d.c.propter sterilitatem n.26. Magon.dec. Luc.75.nu.45. Medic.d.exam.28.nu.26.27. Sabell.§.successor.n.14.*

169 Nec procedit si conductor sit persona priuilegiata, puta scholaris, quia non potest expelli: *Rebuff.de priuil.schol. priuil.8. Caroc.d. q.2.num.36.seqq. Caual.q.756.num.43.* Morla in empor.p.1.tit.10.nu.36. *Barbos.in d.c.propter. nu.27. Medic.sup. nu.33.* Licet hanc limitationem non transire sine difficultate dicit Pacion. *cap.56.nu.31.seqq. Faria sup.*

170 Nec procedunt stante pacto de non expellendo conductorem toto tempore durantis locationis. *Grat.cons.69.nu.20. lib.2. Natta cons.481.nu.19. Caroc.d.q.2.nu.18. Serafin.de priuil.iuram.priuil.13.nu.20 priuil.49. num.48. Valasc.d.q.22.nu.8. Medic.d.exam.28.nu.29.seq. Put.dec.161.nu.1.lib.1. Cyriac.contrau.229. nu. 31. Faria sup.num.78.80.*

171 Sed veritas est in contrarium, nam tale pactum debet intelligi iuxta naturam ipsius contractus, & sic intelligitur si non superueniat necessitas ipsi locatori ad *tex.d.l.æde & d. c.propter sterilitatem. Couar.var.lib.2.c.15.nu.4. Caroc.d.q.2.n.19. Fontanell.de pactis cl.14.gl.9. p.4.nu.68.& seqq. Cancer.var. lib.1 c.14.nu.10. Fab.in C.l b.4.tit.42.defin.49. Faria sup.n.79.*

172 Quamuis pactum sit iuramento firmatum *DD.sup.citati. Molina d.disp.499. nu.7.* Pacion. *c.49.n.81.& d.c.56.n.37.*

173 Et quamuis adsit pactum expressum de non expellando in casu superuenientis necessitatis. *Barbos.in d.c.propter sterilitatem num.21. Magon.dec.Luc.75.nu.2.* videndi *Corn.cons.103. num.1.seqq.lib.2. Medic.d.exam.28.num.32. Caroc.d.qu.2.in fine. Molina de Iustit. d.disp.499. nu.8. Felin cons.43.in fine,* licet contra dicat Ridolfin.*d.c.13.n.34.seqq.*

174 Quid si locator promiserit Conductorem durante tempore locationis non expellere, etiam si domum pro se vellet, an censeatur renunciatum dictæ facultati expellendi superueniente casu necessitatis. *Cancer. tom.1.var. cap.14. num.11.seqq.* arguit pro affirmatiua; deinde *num.13.* dicit contrarium verius putare. Et demum firmat non censeri renunciatum, si necessitas locatori superueniens respiceret ius publicam, seu publicam vtilitatem. *Valasc.d.q.22.nu.8. Medic.d.exam.28.n.31.*

175 Nec procedunt dicta *sup.* si necessitas superuenerit culpa ipsius locatoris, *Caroc.d.q.2. num.39. Medic.sup.nu.33. Rota dec.63. num.25. p.2.diuers.*

176 Nec procedunt, si domus locata sit adeò ampla, vt possit in ea succurri necessitati locatoris, absq;eo, quod expellatur conductor, quia vterque valeat in ea commode habitare *Caroc.d.q.2.nu.29. Pacion.d.c.56.nu.45.* vbi explicat *Bald.*in contrarium.

177 Nec procedunt, si in Instrumento sit conuenta specialis hypoteca rei locatæ, pro obseruantia contractus, *Cuman.in l.filiosam.25.§. si vir.num.7.& ibid. Alex.nu.4.ff.solut. matrim. Arnol.Ferron.in Consuet. Burdegal.tit.3.§.2.* verum *Cuman.& Alex.* non loquuntur in terminis necessitatis superuenientis, sed in terminis successoris singularis, ideo cum necessitas sit casus singularis non est applicabilis, *Natta cons.15.nu.4. Couar. var.lib.2. c.15.nu.4. Caroc. qu.2.nu.23. Molin.disp.499. nu.7. Mart.Medic. exam.28.n.35.36. Pacion.d.c.56.num.46.47. Ridolfin.in praxi p.2.c.13.nu.84.seqq. Ma gil.de euict.q.143.n.22.23.*

178 Nec si postquam euenit casus necessitatis, locator exegit pensionem domus, vel eius partem recepit, quia videtur dictam facultatem remisisse, *Gabriel.de locat.conclus.3.num.7. Cancer.var.c.14.n.8.tom.1. Mart.Medic. exam.28. nu.28.* Sine difficultate si exegit post necessitatem, pensiones futuras maturandas post neces-

cessitatem. *Pacion.sup.nu.48.49.* Nec quando à principio recepit totam pensionem. *Pract. Pap.libell.adsisti praestat.gl.1.nu.9. Medic.exam. 28.cum addit.Tusc.lit.L.concl.417. Sabell.§.conductio.nu.1.seqq.§.locatio n.14.*

179 Nec procedit reuocatio, & facultas expellendi in locatione ad longum tempus, seu emphyteusi *Bart.in l.emptorem. C. locat.* Gomez *var.tom.2.c.3.num.9.* vbi exemplificat in locatione ad decennium, vel ad vitam, *Barbos.in c.propter sterilitatem nu.29.de locat. Valasc.de iure emphyt.q.22.nu.1.Cabed.dec.92. nu.3.lib.1. Pacion. sup. num.52. Stefan. Gratian. decis.99. num.2. Ludouis. dec.68.* vbi addit *Caualer. dec. 612.Tusc.lit.C.concl.605.n.5.seqq.*

180 Nec procedit, si obligauit in forma Cameræ manutenere conductorem durante locatione. *Ridolphin.in praxi par.2.cap.13.num.34. & seqq.*

181 Locator potest reuocare locationem, si velit rem locatam reficere, *d.l.æde. C.locati, & d.c.propter sterilitatem.* Menoch.*de retin.remed.3. num.237. Caroc.de locat. tit.de recusat.quaest.6. num.1. D.Pacion.de locat. cap.57. nu.1. & seqq.* vbi *num.5. & seqq.* disputat, an finita refectione teneatur locator permittere conductorem continuare, & conductor debeat redire. *Sabell.§.locatio n.31.*

182 Quæ refectio, secundum veriorem opinionem debet esse necessaria non voluntaria.*c.propter. §. verum de locat. Molin. de contract.disp.499.n.11.Pacion.sup.n.12.*

183 Limitatur, vt facultas expellendi non procedat in casu, quo necessitas refectionis aderat tempore factæ locationis, seu imminebat.*d.cap.propter. §.verum.de locat. & conduct.* Vel etiam si tunc fuisset paulo minor. *Bal.in d.l.ædem num.22.C.locat.* vbi, & idem dicit si ad fuisset de tempore receptionis mercedis; & secus esse si adsit postea maior necessitas, quã ab initio. *Pacion.sup.nu.14.Ridolfin.in praxi p.2. c.13.nu.34.seqq.Ricc.collect.16.in fine. Vbald.de duob.fratrib.p.8.nu.14.*

184 Limitatur etiam si refectio fieri possit, cõductore habitante. Molina *d.disp.499. num.11.* quo casu, si paruum est incommodum, conductor illud ferre debet.*l.habitatores 30. ff.locati* Pacion.*sup.n.15.*

185 Limitatur pariter, si locatio sit ad longum tempus, nam tali casu conductor debet reficere. *Caroc.de locat.tit.de incendio. num.80.& tit.de recusat.q.5.num.8.Pacion. d.c.57. num.16. & cap.34.*

186 Reuocatur locatio, ex consensu locatoris, & conductoris, *Surd.consil.136.n.2.lit.Laoncl. 412.num.5.Pacion.de locat. cap.16. Sabell.§.locatio n.31.*

187 Verum conductore proponente recessum à contractu, locator dixerit: quod quando conductor restituit sibi claues, ipse eas recipiet, tunc non censetur dissolutus contractus, *Cartar. dec. Ian. 29.* Et difficultas consistit in cognoscendo, an præfata verba futuri temporis prolata, sint in tractatu dissolutionis contractus, an vero in conclusione, quia in primo casu non inducunt dissolutionem, & secus in secundo, *Cartar.sup.n.20.& seqq.* Et vbi aliunde non probetur conclusio, sola verba præfata de se illam non probant, secundum *Dec. consil.18.num.4.Pacion.sup.cap.58. num.4.*

188 In reuocatione requiruntur eædem solemnitates, requisitæ in contractu locationis, quia contractus, & distractus sunt eiusdem naturæ, & solemnitas requisita in contractu requiritur in distractu, *Surd.consil.136. nu.18. Osasch.decis.52.num.10.* Vbi tamen solemnitas fuisset in contractu necessario adhibita, secus si voluntarie, quia tunc nõ requiritur in dissolutione, sic si fuit necessaria in contractu minoris, non requiritur in dissolutione facta cum illo effecto maiore, *Pacion.sup.n.11.seqq.*

189 Princeps potest reuocare ad sui libitum contractum locationis prædiorum fiscalium, *l.fin.§.sane si quis, C.de locat.præd.ciu. lib.11.* Secus in locatione vectigalium, *per text.l.licitatio §.ad conducendum, ff. de publ. & vectigal.* licet alij dicant illam legem fuisse correctam, *d.l.fin. §.sane, Pacion.sup.nu.21.*

190 Declaratio posita, vt non possit vnus ex contrahentibus recedere à locatione, vt non procedat, si velit soluere alteri omnia damna, & interesse, nam quidquid sit in venditione, an liberatur, quis soluendo interesse, in locatione, opinio affirmatiua videtur verior, *Pacion.de locat.cap.28. num.8. seqq. Barbos.in cap. propter num.33.de locat.Neguf.de pignor. par.2. membr.1.num.78.* Sed ista limitatio sublimitatur duobus modis, si res sit specialiter obligata pro obseruantia contractus locationis, *Rota* allata per *Add.ad Ludouis.decis.68. num.11.* Et si adsit iuramentum in contractu, quia illud obligat ad præcisam obseruantiam, *Neguf.d.p.2.membr.1. num.9. Add.ad Ludouis.sup.num.18.* Saltem quo ad ipsum iurantem, secus quo ad hæredem, *Surd.consil.331.num.31.Pacion.d.cap.58.nu.22. seqq.*

191 Consensus vtriusque contrahentis in recessu à locatione debet esse simultaneus, *Surd. cons.136.nu.16.seqq.* cum regula sit, vt sicut consensus simultaneus requiritur in contractu, requiritur in distractu, *Add.ad dec.431. num.70. part.4.tom.2. recent.Pacion.sup.num.26. seqq.*

192 Vt talis recessus à contractu locationis, & conductionis valeat, debet esse interesse solum ipsorum, secus si esset etiam interesse Tertij, cui fuerit ex ipsa locatione ius quæsitum, putà quia conuentum fuerit mercedem, vel eius partem annuatim pro toto tempore, quo locatio facta fuit, illi solui, nam respectu contrahentium fuit ei ius quæsitum irreuocabiliter, itaut ad eius præiudicium non valeant illi contrauenire, nec reuocare, per *text. in l.si ego, &* ibi *gl.ff.de neg.gestis, Berou.cons.13.n.12. lib.3.*

Sed

Sed contra dicendum videtur, nam licet sit quæsitum ius Tertio, tamen fuit quæsitum ex causa locationis, & correspectiue ad eam, & proinde ea cessante, etiam ius ipsum deficere. *Mandell. co fil. 428. nu. 15. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 42. defin. 32. Millin. dec. if. 172. num. 1.* Quæ procedunt si contractus resoluatur ex necessitate, secus ex voluntate ipsius conductoris, qui soluere promisit, nam tunc non liberatur, *Amat. resl. 21. num. 9. Cyriac. contr. 214. num. 17. Millin. d. decis. 172. num. 2.* Et nullo modo liberatur conductor, si ille, cui facienda erat solutio fuisset creditor locatoris, qui mediante delegatione ei cessisset creditum mercedum, consensiente conductore, *Cyriac. contr. 214. nu. 6. seqq. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 42. defin. 32. Pacion. d. cap. 58. n. 28. seqq.*

193 Conductor an possit reuocare contractum conductionis, sicut potest locator, & potest propter causam necessariam de nouo superuenientem, quo casu resoluitur contractus, *Gratian. disc. 534. nu. 48. seqq.* cum *addit. in ... tomi, & disc. 740. Burat. dec. 15. Ianuary 1618. Mart. Medic. exam. 28. num. 16. seqq.* vbi ponit 13. requisita, vt ista conclusio procedat, *Rido fin. in praxi p. 2. c. 13. num. 67. & seqq. Mangil. de euict. qu. 150. num. 16. seqq. Cafar. qq. Peregr. qu. 37. 38. 39. Pacion. de locat. cap. 47. n. 27. & cap. 60. n. 10. Faria d. c. 15. n. 65. Sabell. §. conductor nu. 2. cum addit.*

194 Sic potest reuocare contractum conductionis, si superueniat impedimentum in vsu rei, quod procedat à reipsa, vel ex parte locatoris, qui rem non tradat, vel patientiam non præstet, siue aliter ex parte sua non adimpleat, potest conductor ante tempus recedere, siue impeditus in totum, siue in partem, siue ab ipso locatore, siue ab alio in eius odium, & non potest locator moram porgere, nisi re integra, & per paucos dies. Sed si impedimentum procedat à persona, & facto ipsius conductoris, tunc non potest reuocare, & à contractu recedere, *Pacion. de locat. c. 60. Sabell. §. locatio n. 31.*

195 Si conductor fuerit impeditus vti re conducta, & nolit à contractu recedere, potest agere ad totale interesse, *Pacion. de locato cap. 28.*

196 Ob necessitatem superuenientem, puta malorum spirituum in domo existentium, vel quid simile phantasticum, conductor potest deserere habitationem, & consignando claues Domino à locatione recedere, atq; à solutione pensionis liberari, *Conar. var. lib. 4. cap. 6.* & ibi *Faria, Christ. dec. 112. n. 2. 3. vol. 3.* Vbi etiam de peste, & refert diuersimode iudicatum, *Valasc. de iure emphyt. qu. 22. num. 6. seqq. Mele ad Gizzarell. dec. 6. num. 32. Medic. d. exam. 28. num. 37. Sabell. §. conductor num. 2. Pacion. cap. 60.*

197 Idem si vna ex rebus conductis fuerit euicta, *Mangil. de euict. qu. 149. num. 21.* licet quod possit tantum petere remissionem mercedis pro rata dicat *Tusc. lit. C. concl. 620.* si impeditur vti re, impedimento prouemente a reipsa, secus in procedente ex propria persona. *Pacion. de locat. cap. 60. num. 5. 6. 7.* Bello impeditus vti re locato. Timor solus damni, & periculi, *num. 13. seqq.* vbi explicat. Conductor promotus ad dignitatem, vel duxit vxorem, & ei non sufficit domus illa, *Pacion. d. locat. cap. 60. nu. 1. & seqq.*

198 Si res locata fuerit malæ qualitatis, & locator ignorare potest, non tenetur nisi ad remissionem mercedis, quatenus ex illa mala qualitate resultet damnum conductori sufficiens. At si sciuit, vel scire potuit, tenetur etiam ad interesse, *l. sed addes 21. §. si quis dolia, ff. locati, Carot. de locat. post tit. de Imperit. Caprar. concl. 6. num. 8. & seqq. Pacion. de locat. c. 48. num. 24. 25.* Vbi in vasis locatis dicit teneri ad damna, siue sciuerit, siue ignorauerit vitium, quia illud debuit scire, *glos. in d. l. sed addes ver. herba mala, Sabell. §. locatio num. 16. vers quod si res locata.*

714 Nam non dicitur alienatio, re non tradita. *Idē Isern.in c.1.de natur.succ.feud.in addit. vers. itē cōtrahit n.21.& in c.1.de Vass.qui cōtra const. lothar. Camer.in l. Imperialem fol.8. col.3. lit. P.* vbi testatur de communi. *Et fol.9. col.2. & 3.* concludit requiri actualem; & non sufficere traditionem per constitutum, sequendo opinionem *Afflict. in c. 1. quid sit inuest.cū alijs. Gratian. disc.526. Sabell.§.alternatiu.n.10. Idem Gratian.disc.752.n.60.& 75.seqq.disc.741 n.33. seqq. Christin.ad leg.municipal.tit.11.art.18. Barbos.claus.31.n.20.& seqq. & de appell. verb. signif.appell.14. Tusc.lit. A. con. l. 257. Christin. dec.77.cum seqq.vol.3. Merlin.dec.883. Vrceol. consult.33.nu.7. & seqq. Idem Gratian. disc.36. num.45.& seqq.*

715 Cum constitutum non habeat locum in feudis. *Isern in cap.si fact.si de feud.defunct. milit.per tex.in l.quoties C.de rei vendit. Pac.Iordan.lucubr.vol.3.lib.14.tit.11.n.43.*

716 Nam cum actus alienationis sit nullus, constitutum in actu nullo nihil operatur. *Alex.& cæteri in l.1. §.si vir.ff.de acquir.possess. Rota in nouiss.p.6.dec.34.n.4. Vrceol.consult.92. n.62.vol.2. Ricc.collect.3969. Pacific.de saluian. Insp.3 c.2.n.1028. Rota p.13.rec.dec.412.n.2.8. Caualer.dec.473.n.3.dec.503.nu.2.p.12.rec.dec.*

114.

114.n.1.*Grati an.discept.483.in princip. & disc. 954.n.2. Rido'fin.in praxi.q.2.c.5. Merlin. de pignor.lib.4.tit.4. quæst.120. Barbos. claus.31. num.30.*

717 Nec dicatur omnia fuisse quo ad se, qui per constitutum transtulit possessionem veram, licet per actum fictum, nam hæc traditio per constitutum, licet sit perfecta traditio. *Altograd.cons.8.num.21.22. lib.2.cons.55. n.40. 41.lib.2.& cons.74.n.48.lib.2.Sperell.dec.168. num.18.seqq.& dec.171. Thesaur.dec.15.30.96. 112.120.*

718 Non tamen omnino perfecta, cum remaneat penes alienantem quædam detentio, vt dicit *Bar.in l.Creditores C. de pignor. Thes. dec.38. Rota apud Postb.de manut.dec.620.nu.2. seqq. Honded.cons.18.lib.2.*

719 Et ideo tenetur iterum tradere. *gl.in l.Iulianus,§.ex vendito.ff.de action.empti.*

720 Vnde cum hoc remaneat adimplendum, non est perfecta traditio.*gl.in l.si quis rem.ff.de action.empt. Frecc.de subfeud. lib.2. prima auth. num.8 9.*

721 Etiam si adesset precarium, ex *Camerar.in l.Imperialem fol.9. lit.D.* Benè *Bilotta conclus. feud.54.*

722 Quod adeo verum est, quod alienans feudum sine assensu,& tradens sine clausula: *saluo assensu*,si postea reemat non excusatur, quin illud non omittat.*c.1.in princ.quid Iuris si Vassal.post alien.feud.recup.* vbi *Aluarot. & Curtius de feud.p.4.regul.1.*

723 Verum *Iser.in d.c.quis Iuris*,sectádo opinionem equam. *nu.3. in fin.* vbi *Aluar. & Bal.* quos sequitur *Camerar. ibid. fol.11. col.2.& 3.* tenet quod quando alienans reemit incontinenti,annullando prorsus primum contractũ, si antequam Dominus litem mouerit,feudum non amittitur,sequitur *Iserniam Capyc.in inuestit.verb. feudorum alienationes 4.limit. argum. tex.in l.qui possessionem. ff.unde vi. & l.quamquam ff.de Iudic. Bilotta conclus feud.56.*

724 Si vero stipulatus sit contractus inter vẽditorem,& emptorem:*saluo Assensu Regio*,Eo casu, an sit nullus contractus donec Assensus Regius sequatur,vel stet in pendenti,& statim sequuto assensu conualidetur? DD. non conueniunt, nam quod sit nullus ab initio. *Staiban.res.183.à n.107.ad nu.257. D.Rosa consult. 23.nu.115.*

725 Sed quod talis Contractus sit nullus, sed non omnino nullus, propter spem conualidationis,si assensus super ipso impetretur. *Camerar.in repet. l.Imperialem fol.87. lit.N.O.R. Galeot.contr.6.nu.32.lib.2.* R.*Merlin. contr.31. n.53.lib.2. P.Afflict.contr.36.n.54.*

726 Sed si assensus non sit impetratus, & emptor reuocet,reuocatione sequuta, contractus remanet annullatus ex tunc ab initio.R.*Marcian.dict.disp.31.D.Rosa sup.*

727 Adeo est vis nullitatis contractus rei feudalis,facti sine Regio assensu,quod si feudatarius vendat feudum decem mille, emptor reuocet,& deinde illud feudum reuendatur pro octo mille, Creditores vendentis non possunt agere contra primum emptorem pro illis duobus mille, quibus minus est venditum feudum, nam, vt diximus,venditio prima fuit nulla,quamuis fuisset facta cum Iuramento, & esset promissũ primum pretium solui nomine pœnæ,si reuocaret,nam per dictam *Constitut. Constitutionem Diuæ memoriæ*, Contractus est nullus,& omnia pacta nulla, *R. Rouit.d.cons. 70.lib 2.*

Hæc, & alia ad materiã reuocationis contractus,ad confirmationem per *Nos dictorum*, Vide *D.Card.de Luca de feud.disc.66.n.10.disc. 107.nu.5.disc.30.nu.4.disc 36.n.6. disc.37.nu.5. disc.49.n.18.disc.50. ex n.20. Bosc.art.4.nu.33.*

728 Ecclesia si vendat fundum sine assensu Apostolico,est nulla vẽditio,ex *extrauagãt.ambitiose,de reb.Eccles.non alienand.extrauag. exiui de Paradiso. Dambouder.de subhast.c.1.nu.16.* & per totum. *Menoch.de arbitr. cas.171. 172. Sabell.res.cap.4.num.15.seqq.& c.69. Christin.dec. 75.vol.1. Sabell.§.nullitas,num.13. Magon.dec. Flor.69. Altograd.cons.26.n.31.seqq. lib.1.cons. 28.Rota* apud *Dianap.10. in fin.fol.445. Merlin.dec.763.dec.775.887. Rota p.9. rec. dec.112. 114.p.10.dec.275.P.Stephan.de Neapol.tract.de restit.lib.2.cap.93.& seqq. Ciarlin.controu.105. Turricell.de reb.Eccles.non alienan. per totum. Tusc.lit.A.conclu.271 seqq. Ricc.coll.46.3979. 3054. EademRota p.12.rec.dec.234.Thes.tract. de pœnis Eccles.p.2. verb.alienatio, Tellez,Fagnan.Fermosin.Barbos.* & alii *sup. d.tit.de rebus Eccles.non alien.Card.Luca in eius operibus. Redoban.de reb. Eccles.non alien.rubr.77.de hospit. cas.6.Fulgin.de Iure emphyt.tit.de contract. emphyt.qu.21.* Nec locare vltrà triennium, *Paston.de locat.c.14.*

Sic potest pœnitere,& nolle illi stare.*Card. Luca de alien.disc.1.à nu.110. constit.199.Put. dec.2.de transact. Barbos.de claus.clas.3. num.vlt.* Gratian.*disc.514.à nu.7.& disc.803.à num.44. Mangil.de euict.qu.125.nu.20. Ciarlin.contr.8.à nu.9.contr.39.à nu.38. Tamburrin.de Iure Abbat.tom.3.disp.14.q.10.num.7. Olea de Ceff.Iur. tit.8.qu.3.nu.24. Ricc.in praxi dec.85.& 36.*

Pœnitere non potest post obtentum assensum Apostolicum,*Card.Luca de alienat.disc.1. num.113. Ricc.collect.1264. & 1334. Addit.ad Ludouis.dec.410.n.8.*

Etiam quod non esset executum, dummodo signata sit supplicatio. *Card.Luca ibid. Barbosa sup.*

Nec sufficit, supplicationem, vel preces porrectas esse, nisi actus perficiens accedat *Card. Luca de alien.disc.1.n.115.*

Post declaratam pœnitentiam potest iterum dicere velle stare contractui. *Card. Luca supra num.114.*

Verum Ecclesia pœnitere potest ante obtemptum assensum,non vero ille,qui cum Ec-

clesia contraxit, *Fulgin. de Iure emphyt.tit.de contract.emphyt.q.21.Olea d.q.3.nu.24. Rota p.2.diuers.dec.133.num.11.12. & dec.225. nu 4. p.3.lib.2 Sperell.dec.155.num.16.seqq. Diana p.1.tract.8.ref.77.Gratian disc.559.nu.64. Merlin. dec.849.num.1. Rota p.10. rec.dec.202.p.14. rec.dec.468.n.1.& seqq. Sabell. §.alienat. nu. 24.& §.beneplacitum nu.8. Hermosill. tom.2.gl. 5.7.l.4.tit.5.num.;8.seqq. Duran. dec.397.num. 11.& 29.*

Quod est intelligendum si declaratio Ecclesiæ volentis stare contractui fiat adhibitis solemnitatibus, quæ ab initio interuenire debuerint, quo casu Iudex potest præfigere terminum Ecclesiæ ad procurandum assensum, concludunt,& probant *Sanfel.dec. 209. Merlin. contr.21.tom.1.Rodoer.ad Marin.lib.1.c.6.nu.42 43. Fontanell.de pactis nupt.tom.1.claus.4.gl.13 ex nu.11.Luca ad Franch. dec.35. nu.2. decisum* per Rotam Rom.refert *Rub.dec.119.nu.26.tom. 2. Put.dec.310.lib.1.& dec.364.nu.5.lib.2.Ricc. ref.7.nu.5. Pr tam ref.p.31. in fine. & in annot.ad Pascal. de vir. patr.potest.par.1. c.6.vers.Vt hinc. Mansfell.ad Capyc.Latr. dec.19. num.12.* quid quid dicat *idem Ricc.ref.12.ampl.1.*

Sed valet consuetudo concedendi, & reuocandi emphyteusim absq; solemnitatibus Canonicis, & est seruanda, *Grat.an disc.913. nu.33. Altograd.cons.27.num.49. lib.1. Mantica de tacit.lib.22.tit.19.num.33. Sabell.ref.cap.69. num.36.*

Item vna Ecclesia potest alienare alteri Ecclesiæ, nec habet locum *extrauag. Ambitiosæ*, quia per eam non fit præiudicium Ecclesiæ Vniuersali,de qua loquitur dicta extrauagans. *Thom. Triuis. dec.56.num.17. lib.2.Sabell.§.solemnitas num.7. Rota p.12. rec.dec.234. & p.14.dec.372.*

Licet contra dicant *Quaranta in summa Bullar.fol.20.nu.15.Redoan.de reb. Eccles.non alien.lib.2.c.10.& q.12.nu.28.Mantica de tacit. lib.25.tit.6.Gratian.disc.517.n.9.*

Verum licet alienatio bonorum Ecclesiæ, facta reseruato beneplacito Apostolico dicitur imperfecta, & donec obtineatur est locus pœnitentiæ, postea vero licet non fuerit sequuta sententia Executorum, quibus est commissa cognitio: Si in euidentem &c.nullus est locus pœnitentiæ, *Gratian.disc.514. nu.7.seqq. Farinac.dec.206. Duran.dec.459.n.5.6.dec.397 n.12.& seqq.& per tot.& dec.365. num.7.seqq. Sperell.dec.155.nu.51.seqq. Diana p.1.tract.8. ref.77. Fulgin. de Iure emphyt. tit. de contract. emphyt.qu 19.21. Rota p.13.rec.dec.227.p.14. dec.468.n.3.seqq. Sabell.§.alienatio.nu.27.& §. beneplacitum n.8.& seqq.*

729 Alienatio rei emphyteuticæ requirit ad eius validitatem consensum Domini directi, alias nulla est, *l.fin.C.de iure emphyt.c.potuit de locat.Gama dec.283.Valasc.de iure emphyt.q.26 nu.6.& cons.113. Velasc.alleg.72.num.58. Vela differt.14.& 36. Antonell.de temp legal. lib.3.c. 7.Cabed.dec.103.p.1. Cald.de renouat.q.7.nu.7. de extinct.c.3.& c.19.de empt.c.26. num.37.40. Caruall. in c.Raynaldus de testam. 2.p. nu.315. Phæb.dec.187.num.13. & dec.205.num.23.24. Lambert. n d.l.fin.C.de iure emphyt. nu.5. & in d. c.potuit, Cancer.p.1.c.11 nu.45.c.14. nu.4. Larrea alleg.20.nu.1.Giurba dec.80. nu.2. Pereira dec.26.nu.2. Fontanell.de pactis lib.1. cl.4.gl.27. num.13.seqq.Cyriac.contr.200.num.14. controu. 314.nu.18.contr.598.nu.35. Merlin.dec.871.nu. 1. Amat.var.ref.84. Merenda lib.19. c.18. nu.4. Fulgin.de Iure emphyt.tit.de alienat.q.1. Pegas. ref.c.9.nu.1. Pinheiro de censu, & emphyt.2.par. disp.4.qu.6.nu.88.92. Olea de cess.iur.tit.3.q.2. n.19.Sab.ll.§.emphyteusis.*

730 Immò emphyteuta amittit rem, quam capit Dominus directus,& sic reuocatur, & resoluitur alienatio, *Pinheiro sup. nu.88.92. Vela d.differt.14.nu.36.Olea de cess.iur.tit.2.qu.5.nu. 48. Aldouin.cons.81.num.1.lib.1. Sabell.d.§.emphyteusis.Pegas.d.c.9.n.2.& seqq.*

Absq; sententia declaratoria, *Barbos.in c. potuit de locat.n.1.*

Nec potest subemphyteuticare, nec alium de emphyteusi inuestire, nec ad longum tempus locare, *Altograd.cons.5.n.8.18.19. Caball. cons.156.173.lib.1.Grattan.disc.378. nu.30.31. Sabell.d.§.emphyteusis.*

731 Sunt tamen multi casus, qui non faciunt rem in commissum cadere, & sic reuocationem. Primus est quando per alienationem non est sequuta traditio, *Barbos.in d.cap.potuit. num.63.*

732 2.In alienatione nulla. *Barbos.in d.c.potuit nu.6.72.l. Barbos.in remiss.ad tit.38.n.4.& 20. Reinos obser.5.num.18.Olea de cess.iur.tit.2.q.5. num.28.*

Ea ratione quia,cum commissum,in quo incurritur per alienationem, sit pœna,ex Contractu nullo non venit pœna applicanda, *Olea de cess.iur.tit.2.q.5.nu.30. Maldonat.in addit.ad Molin.de primog.lib.2.c.16.nu.19. Pegas. d.c.9.num.111.*

733 3.Si maritus alienet emphyteusim vxoris, *Barbos.in d.c.potuit.nu.73.* quia maritus non potest obesse vxori in illius emphyteusi,propter commissum, *Barbos.sup.num.114.Sim d.dec. 102.* & ibi *Hodierna.Cabed.dec 154 p.1. Fontanell.de pactis cl.5.gl.8.p.13. nu.21. & cl.6.p.2. n.16.& gl.2.p.5.nu.72.Olea de cess.iur.tit 4 q.3. n.21. Antonell. de temp.legal.lib.2.c.55.nu.11.* & decisum refert anno 1661. *Pegas.sup.n.112.*

734 4.In venditione conditionali,nisi processũ sit ad traditionem, *Barbos.in d.c.potuit n.65. Alter Barbos.in remiss.ad ordin.lib.4.tit.38.num.5. Pegas.sup.num.113.*

735 5.In venditione cum pacto legis commissoriæ,aut adiectionis in diem, *Aug. Barbo in d.c.potuit n.66. Alter Barbos.d.tit.38. num.8. Pegas.nu.114.*

736 6.In venditione,quę rescinditur remedio, *l.2.C.de resc.vendit. Barbos.in d.c.potuit num.63.*

Aliter

Alter Barbos. d. tit. 38. nu. 9. Pegas. n. 115.

737 8. Casus in retrouenditione, quæ fit vigore pacti de reuocando, ita vt dicatur res non translata, sed reddita, *Aug. Barbos. in d. c. potuit num. 69. Alter Barbos. d. tit. 38. nu. 10.* Quia per pactum de retro non censetur constitutum in emphyteusi aliquod ius reale sub hypoteca. *Carualh. in c. Rainald. de testam. 2. p. n. 210. 211.*

738 Nam quamuis in bonis emphyteuticis possit emphyteuta constituere hypotecam. *Valasc. consult. 186. nu. 1. Gobius consult. 100. Caualer. dec. 290. 328. Rota p. 9. rec. dec. 167. 170. nu. 13. seqq. dec. 275. nu. 26. Idem Gob. tract. de permiss. feud. emphyt. alienat. q. 12. Sabell. §. bona nu. 7. seqq.* Tamen hypoteca durat donec duret illa in persona emphyteutæ, & non transit ad Dominum directum, *Valasc. sup. nu. 4. 5. & de partit. c. 6. num. 28. 29. Phoeb. p. 2. dec. 187. Cabed. p. 1. dec. 134. nu. 1. Cald. de extinct. c. 5. nu. 74. Menoch. cons. 116. nu. 33. & de retin. remed. 4. nu. 31. Gratian. disc. 83. nu. 40. & disc. 733. nu. 20. Barbos. in remiss. ad Ordin lib. 3. tit. 93. §. 1. nu. 1. Aug. Barbos. in addit. ad remiss. lib. 4. tit. 38. num. 110. Pinheiro de censib. & emphyt. 2. par. disp. 4. sect. 6. §. 2 nu. 99.* Eodem modo extinguitur pactum de retro, & census morte constituentis, *DD. sup. citati. Giurb. de feud. c. 118. gl. 5 §. 1. n. 4. Phoeb. p. 2 dec. 120. nu. 4. Olea de cess. iur. tit. 4. q. 3. num. 17. seqq. Pegas. sup. nu. 117. seqq.* post alios *Sabell. §. emphyteusis n. 31. 32. Card. Luca de regal. lib. 2. disc. 37.*

739 9. Casus est in venditione, quam facit vnus ex heredibus alteri, vel Socius Socio. *Aug. Barbos. in d. c. potuit nu. 70. Alter Barbos. in remiss. d. tit. 38. nu. 11. Sabell. §. emphyteusis nu. 47. Pegas. sup. n. 121. 125. 126. Rota p. 10. rec. dec. 55. n. 23. & seqq.*

740 10. In donatione facta Ecclesiæ, *Barbos. in d. c. potuit. n. 71.*

741 11. In venditione, seu alienatione necessaria, *Barbos. in d. c. potuit nu. 58. Alter Barbos. in d. tit. 38. nu. 21. Salgad. labyr. credit. 3. p. cap. 3. n. 9. seqq. Pegas. sup. nu. 54. & n. 123. Sperell. dec. 99. Gratian. disc. 784. n. 6. seqq. Merlin. dec. 871. nu. 2. Sabell. §. emphyteusis nu. 46.*

742 12. In venditione facta ab ignorante rem esse emphyteuticam, *Gratian. disc. 633. num. 18. seqq. Rota p. 9. rec. dec. 26. n. 12. seqq. Sabell. §. emphyteusis n. 46. 58. 55. Barbos. in d. c. potuit n. 74. Alter d. tit. 38. nu. 22 Pegas. sup. n. 124.*

In alienatione facta in socium, vel collegã eius emphyteusis, Vterq; *Barbos. sup.* In diuisione, quam faciunt inter se plures emphyteutæ, *Barbos. sup. Pinheir. sup. p. 2. disp. 4. sect. 7. §. 5. nu. 137. Mithalor. de fratribus p. 3. c. 41. num. 84. Gratian. disc. 36. 272. num. 1. Sabell. §. emphyteusis num. 47.*

743 13. In seruitute, *Barbos. sup. Pinheir. sup. sect. 6. nu. 93. Sabell. d. §. emphyteusis num. 47. Pegas. num. 127.*

744 14. In nominatione emphyteusis, absq; traditione. *Vterq; Barbos. sup. Pinheir. sup. sect. 7. §. 3. n. 127. & seqq. Pegas. n. 128.*

745 15. In constitutione vsusfructus, *Gratian. disc. 43. in princ. Sperell. dec. 120. num. 3. Fulgin. de Iure emphyt. tit. de alienat. q. 1. nu. 279. Pegas. num. 129.*

746 16. Potest hypotecari ratione vtilis dominij, absq; solutione laudemii, nisi tamen fuerit hypotecata pro tanta summa, quantus sit valor rei, vt non sit spes luitionis, quia tunc trãslata maximè possessione in creditorem. *Sperell. dec. 74. nu. 1. seqq. & dec. 99. nu. 37. seqq. Sabell. §. emphyteusis n. 31. 32.*

747 17. Potest dare in dotem, sine Domini consensu. *Tusc. lit. E concl. 212. Boss. de dote c. 15. num. 52. & seqq. Sabell. §. bona num. 2. §. emphyteusis num. 33. 46. Pereira de emphyt. extinct. c. 10. Rota p. 9. rec. dec. 53. nu. 11. Rota d. p. 9. rec. dec. 269. nu. 24. seqq. Gratian. disc. 511. Altograd. cons. 9. nu. 17. 18. lib. 2. Rota p. 10. rec. dec. 73. nu. 7. dec. 359. d. p. 9 rec. dec. 53. nu. 11.* Vbi quod neque debetur laudemium. In præiudicium Domini directi, secus vocatorum, si emphyteusis sit ex pacto, & prouidentia!, post mille. *Sabell. §. bona num. 2.*

748 18. Non potest permutere, *Altograd. cons. 9. nu. 23. seqq. lib. 2. Corbul. de iure emphyt. tit. de causis priuat. ob alienat. lim. 12. Fulgin. de iure emphyt. tit. de alienat. q. 1. nu. 253. seqq. Sabell. §. emphyteusis.*

749 19. In alienatione partis emphyteusis, ità vt emphyteuta non à tota emphyteusi, sed ab illa tantum parte cedat. *A. Barbos. in d. c. potuit n. 82. Alter. Barbos. in d. tit. 38. n. 31. Pinheir. sup. sect. 3. n. 53. Pegas sup n. 121. Megon. dec. flor. 19. 145. n. 11. Caball. cons. 173. n. 7. lib. 1. Ludouis. & addit. dec. 219. Sabell. §. emphyteusis. nu. 46. Gratian. disc 860. n. 23.*

750 20. In emphyteuta Fisci, nisi alienatio in titulo prohibito reperiatur. *Vterque Barbos. sup. Primus in d. c. potuit n. 83. Alter d. tit. 38. nu. 32. Pegas. sup. n. 132.*

751 21. In venditione: si domino placuerit. *Vterque Barbos. sup. Primus in d. c. potuit nu. 84. & de diction. dict. 93. n. 13. Alter d. tit. 38. nu. 29.* Cum clausula: Nec aliter nec alio modo. *Sabell. §. emphyteusis n. 46. Barbos. claus. 59. Cald. de emphyt. extinct. c. 6. seqq. Beltram. ad Ludouis. dec. 388. Vrceol. consul. 33. n. 9. Merlin. dec. 871. nu. 4. dec. 883. n. 5.*

752 22. Quando alienator est mortuus, quia aduersus hæredem non habet locum pœna legis. *Barbos. in d. c. potuit. n. 83. Pinheir d. disp. 8. sect. 5. n. 74. seqq. Pegas sup. n. 134.*

753 23. Si adest consuetudo in loco alienandi sine consensu Domini. *Barbos. in d. c. potuit. n. 86. Pegas sup. n. 135.*

754 24. In re solita alienari sine consensu Domini. *Barbos. in d. c. potuit nu. 86. Reinos obs. 70. n. 46. Pereira dec. 37. Pegas. sup. nu. 136.* vbi decisum refert pro, & contrà.

755 25. Quando in emphyteusis contractu adest pactum alienandi. *Barbos. in d. c. potuit. nu. 87.*

87. *Sabell.§.emphyteusis.n.46.*

756 26. Quando pendet lis inter dominum, & emphyteutem super dicta re. *Barbos. sup. num.89.*

757 27. Si quamuis sit facta alienatio, & traditio rei, ante litem contestatam venditor rem ab emptore recuperet. *Alter Barbosa in d. tit.38.num.30.*

758 28. In emphyteusi Ecclesiastica, in qua non requiritur talis consensus. *Gama dec.127. in fine.*

759 29. Quando alienatio fit in personā,alias successuram. *Gama d.dec.127.nu.2. Valasc.consult.112.n.16.* Vel in personam comprehensam in inuestitura. *Boss.de dote c.16. n.67.68. Sabell.§.emphyteusis.n.47.*

Alia vide apud *Peg.sd.c.9.nu.144. & seqq. Pinheir.d.sect.8.§.1.& seqq. Sabell. §.emphyteusis.Castejon.eodem §.*

760 Verū si in concessione emphyteusis adest pactum affrancandi, tunc potest alienari sine consensu Domini, & sufficit, vt Dominus habeat pretium rei, nam talis contractus cum pacto affrancandi dicitur potius emptionis,& venditionis, quam emphyteusis. *Crot.cons.71. nu.41.Cephal.cons.324.n.55.lib.3.& cons. 703. n.12.13.vol.5.Gratian.disc.477. num.10.11. & disc.745.n.69.& seqq. Benedell. de iure prothomiss.§.per emphyteusim.num.9. Franch. dec.267.* Vbi etiam *Luca.Bich.dec.483.Sabell.§.emphyteusis n.21.& §.facultas. nu.9.*

761 Quod adeo verum est, quod licet contractus sit sub nomine emphyteusis, semper iudicatur, ac si esset emptionis, & venditionis, nam non attenditur nomen, sed quod vere sit. *Affl. dec.72. in fine, & ibi Vrsill. in addit.* Vbi ambo affirmant pluries fuisse per S.C.decisum, in concessione huiusmodi emphyteusis,cum potestate affrancandi esse locum iuri congrui, non obstante *consuet. neapol. si quis emit.de iure congrui*,statuente in contractu emphyteutico cessare ius congrui, nam illius dispositio non procedit, data facultate affrancandi in pecunia, decisum refert *Franch. dec. 392.in fine, & dec.510.in princ.*

762 Ex quibus denegatur etiam prælatio domino directo,ex pacto huiusmodi affrancandi, etiam,quod esset ius quæsitum ipsi domino directo, ante oppositam affrancationem. *Franch. d.dec.267. late D. Marcian. disp. 98. lib.2.* Videndi *Hodiern.contr.1. Staib.obs.149. Sabell.§.emphyteusis.n.21.*

763 Emphyteuta habens licentiam alienandi à Domino, potest sine alia speciali, & expressa licentia ponere pactum, vt emptore non soluente possit ad rem illam venditam redire,& illam recuperare,pro pretio non soluto. *Surd. dec.220.& 344.* vbi *Hodierna.*

Emphyteuta priuatur suo iure patiendo alium inuestiri de emphyteusi ad eum spectante. *Gratian.disc.557.n.4. Corbul. de Caus. priuat.ex eo,quod emphyt. pat.aliū inuest.fol.81.*

Priuatur per mutationem formæ rei emphyteuticæ, *Gratian. disc.557. num.7. Corbul. sup.fol.87.*

Priuatur per pacta non seruata, concernentia illius vsum. *Surd.dec.180.* vbi *Hodiern. Merlin.dec.356.n.1. Rota p.12.rec.dec.41. nu.9. dec.106.n.1.& post Olea de cess.dec.45. Fulgin. de iure emphyt.fol.184.& 231. & per totum Tract.* Vbi ponit alias causas priuationis.

Emphyteuta alienans irrequisito domino non cadit à iure suo, quando alienat saluo, & reseruato iure Domini, cum clausula: *non alias, nec alio modo*, etiam si sit sequuta ficta traditio. *Gratian.disc.633.nu.27.seqq. disc.949. Add.ad Ludouis.dec.383.n.5. Rota p. 9 rec.dec. 63.n.14.p.10.dec.73.n.10.seqq. Merlin.dec.871. num.4.dec.883.n.5.Cald.de emphyt. extinct.c.6. & seqq.*

Nec propter hypotecationem, quæ erit nulla in præiudicium domini, *Gratian. disc. 855.n.18.Fulgin.de iure emphyt.tit.de alienat.q. 1.n.238.seqq.Ludouis.& Add.dec.388.* Diximus *sup.num.738.*

In pluribus casibus potest: putà si in concessione adsit clausula: *pro se*, & *quibus dederit, vel pro se hæredibus, & successoribus quibuscumque*, vel *cuicumque voluerit*,& in aliis, *Fulgin.de iure emphyt.tit.de alienat.q.1.n.240.seqq. Corbul.eodem Tract.fol.240.& seqq.Tusc.lit. E. conclus.207.cum seqq.Rota p.11.rec. dec.257.n. 4.& seqq.p.16.dec.408.nu.33.& seqq. & p.19. dec.168.* Alia diximus *Nos q.18.*

764 Contractus onerosus non potest reuocari eodem tempore,quo fit,quia si reuocatur non est contractus, Igitur potest reuocari pro tempore futuro, quod potest accidere in contractu adiectionis in diem, Putà, si quis vendat domum pro centum, cum pacto, quod si aliquis sibi infrà mensem meliorem conditionem offerat, ea sit inempta. *l.1. & 2. ff. de in diem adiec. Couar.lib.3. var. c.8.n.1. Pereira in l.1.si curatorem.verb.sua facultate. n.54. C.de in integr.restit. Felician.de censib.lib.1.c.6.n.1.Morla in empor.p.1.tit.9.de contrah. empt.q.14. n.3. Mantica de tacit.lib.4.tit.28.Hermosill. l.40.gl. 1.& seqq.tit.5.p.5. n.1. & seqq. Laganar. super prag.rubr.de pact.de retrouend.n.17.*

765 Et in contractu legis commissoriæ. *Merlin.de pignor.lib.4.tit.4.q.123. Altograd. cons.9. n.14.seqq.lib.1.Magon.dec. Lu .17. Vrceol. consult.5.n.12.& seqq.& n.53.& seqq.Paul.Christin.dec.86.n.3.& 87.n.2.vol.3.Sabell.§.pactum, n.9. Fagnnd. de iustit.contract.lib.5. cap.45. Gibalin.de Vniuers.negotiat.tom.2.lib.4.cap.5. art. 1.Andreol.contr.285.Tusc.lit.P.concl.15.& 16. Calà de ferijs q.5.n.288.& seqq.Leotard.de Vsuris q.70.Tepat.sentent. tit.412.413. Alderis. de simbol.contract.tit.4.q.4.num.19.& seqq.Rota p.13.rec.dec.138. Hermosill.tom.2.gl.1.& seqq. l.38.& seqq.fol.636.& seqq. Surd.dec.248.&*

422.

422.vbi *Hodiern. Rodriq.de ann.reddit.lib.2.q.2. Sabell.§.pactum.n.10.*

766 In venditione cum pacto de retrouendendo, vel emendo. *Onat.sup.n.28.Merlin.de pignor.lib.2.q.98.n.1.2.4.19.*

767 Post vero contractum iam perfectum, & ex voluntate vtriusque contrahentis potest contractus reuocari, & dissolui, si pretium non sit solutũ, & res non tradita, nam res eodem modo soluitur, quo ligata est. *l.35. ff.de reg.iuris l.80.ff.de solut.l.ob res ff.de pactis dotalib.§.hoc amplius.Instit. quib. modis tollitur obligatio gl.Aretin.Minsinger. Othoman. Oinot. & omnes DD.in d.textu.Onnat.d.q.20.n.27. c.omnis res.de regul.iuris Narbona de appell.à Vicario ad Episcop.p.1.n.95.Valasc.consult.130.num.17. Vaz.axiomat.lit.R.num.82.& lit.N. n.10. Barbos.axiom.iur.axiom.199.& nu.8. Rota post Vrceol.de transact.dec.89.*

768 Sed quid si pretium sit solutum, & res tradita, & tunc non dicitur reuocatio contractus, sed fit nouus contractus. *Onnat.d.q.20.n.19.l.perfecta C.de donat.quæ sub modo. l.sicut. C.de obligat.& action.Salgad.labyr.credit. p.1.c.36.nu.16.& 42. Tiraq. de retract.conuent.ad finem tit.n.108.Gama dec.261.n.5.Altograd.cons.1.n.18.& seqq.lib.1.*

769 Pactum nudum de Iure ciuili non producit actionem, *l.Iuris gentium, §. sed cum nulla, vers.igitur nuda. ff.de pact. Soccin.reg.14. Card.Tusc.lit.P.conclus.18.19.Ricc. coll.1121. 3704.Vin.opin.568.& seqq. Manriq.qq. Vicar. 22.p 2. Asin,in praxi §.3.cap.16. Menoch. de arbitr.lib.1.qu.51.n.14. & de præs. lib.3. præs. 134. num.16. Christin.dec.91. lib.3.* Vbi quod hodie ex omni conuentione serio facta oritur actio in vtroque foro, etiam si non interueniat stipulatio, vel alia verborum formula; *Caluin.de æquit.lib.1.cap.67.*

Maxime fauore alimentorum, nam producit actionem, *Surd.de alim.tit.8.priuil.5.* Item fauore dotis, *Bossius de dote cap.9.§.2. n.53.& seqq. Ansald.de commerc.& mercat.disc.14.n.33.*

Nec est pactum nudum quando aliquid promittitur sub fide, cum datio fidei habeat vim iuramenti, *Sabell.§.promissio n.4.Gratian. disc. 722.824.n.23.seqq. Medic.exam.17. n.13. Altograd.cons.102.n.24.25.lib.2.*

770 Sed an hoc pactum firmetur iuramentum, *gl.in l.1.verb.imposita ff.de oper.libert.* tenet speciale esse, quod pactum nudum firmetur iuramento, *Christin.decis.91. vol.3.* ergo in contrarium est ius commune, idem tenet *alia gl.in l.5. vt Iuris iurandi ff.eod. Io.Orosc.in d.§. igitur nuda nu.5. Menchac.de de success. creat.§.28.n.3.Couar.in cap. Raynaldus §.3.n.10 de testam.* vbi refert plures DD.tenentes, quod Iure ciuili quoque producat actionem pactũ nudum cum iuramento, dicens, hanc esse veriorem, & supradictam primam opinionem constat etiam esse communem, ex eodem *Couar.de pactis in 6. 2.p.lect.§.4.n.15.*

771 Sed de Iure Canonico videtur esse indubitatum, quod pactum nudum firmatur iuramento, & ex eo oriatur actio efficax ad agẽdum, attento *text.c.1. de pactis*, quo probatur, ex pacto nudo oriri actionem Iure Canonico, iuxtà magis communem sententiam DD. quam refert *Orosc.d.§.igitur nuda nu.11. & 12. ex c.1.de pactis c.qualiter eod.tit Gomez & Ayllon.lib.1.var.c.8. Cancer.lib.2.c.7. de pactis n.255. Laurent.de Iudic.sup.c.7.n.68. Mantica de tacit.lib.1.tit.8.nu.17.seqq. Gratian.disc. 803.n.5.seqq. Burat.dec.476 nu.14.dec.373.nu. 14.15. P.Molina disp.258.n.5.seqq. Manriq.qq. Vicar.22.p.2.*

Ergo à fortiori oritur, si pactum nudum sit firmatũ iuramento, Immò ex ipso tantum iuramento oriri Iure Canonico actionem, & obligationem. Probatur primò, quia Iure canonico etiam in foro ciuili seruandũ iuramentem, quod potest seruari absque interitu salutis æternæ, & non vergit in detrimentum tertii, si modo vi, metu, vel dolo præstitum non sit, est seruandum omnino, vt in d. *cap. quamuis pactum,* & in *c.cum contingat. de iure iur. & c.licet mulieres.eod.tit.in 6.* Ea ratione, quia cum iuramentum seruare præcipiant iura illa, videntur ad id actionem, & exceptionem concessisse, iuxta *text.in l.statuas, ff.de acquir.rer.dom.*

772 2. Allegatur *text.in c.fin.de foro compet. in 6.* vbi ratione iuramenti laicus fit de foro Ecclesiastico, pro obseruantia ipsius, ergo ex iuramento oritur actio, quia nemo sine actione experitur. *l quoties §.item ff.de admin.tut. l. vbi pactum,* & ibi *gl. & DD.C.de transact.*

773 Maxime secuta acceptatione, *c.1.2. de pactis, c.1. de concess. præb.* Couar.*var.p.3.c.7 de pactis n.342.*

774 Et in eo non admittitur pœnitentia, *Alex.cons.16.n.3.lib.2. Peregr.dec.Patauin.149. num.7.*

Quando pactum dicatur, vel præsumatur nudum, siue vestitum, & quomodo vestiatur, *Menoch.lib.3.præs.40.c.8. seqq. Oinot. instit.de obligat,cap.de pact.fol.264.& seqq.Onat. de contract.tom.1. tract.5. disp.16. sect.4.* post mille *Sabell.§.pactum, n.1. Gibalin. de vniuersas negotiat.lib.2.per totum. Nos sup. qu.1. & seqq.*

775 Habemus in Iure nostro contractus, qui sunt Innominati, & qui sunt Nominati; contractus Nominati sunt: Emptio, & venditio, locatio, & conductio, mutuum, commodatum, depositum, pignus, stipulatio, societas, obligatio litterarum, Donatio simplex, secus cum causa, *Sabell.§.stipulatio n.1. Tepat. var. sent.tit.338.& seqq. Tusc.lit.C.conclus.995. & seqq. Pasion.de locat. Cap.60.num.26.Mantica de tacit.lib.1.tit.8.Felician.de censib.lib.1. c.2. Donell.& Osuald.lib.14.com.cap.10.34. Hunn. resol.Iur.ciu.lib.3.tract.2. qu.3. & in Encycloped. 3.p.tit.1.c.2, Retes opusc.lib.2.sect.1. c.1.*

Oroz.2.

2. *Oroz de apicib.Iur.lib.2.c.6.& lib.3.per tot. Olea de cess.iur.tit.7.q.2.n.1.Roccus resp.43. nu 11. lib.2.* vbi de donatione.

Illi celebrantur, Aut re, aut verbis, aut consensu, aut litteris, *§.final.instit.de obligat. §.i.§. item emptio, ff.de rerum permut.Mantica de tacit.lib.1.tit.11.* Re perficitur, vt mutuum, depositum, commodatum, pignus, *l.1. ff.de obligat.& act.toto tit.quibus modis re contr.obligat.verbis, vt stipulatio, l.5.ff.de verb. obligat. princ.instit.eod tit.de verb obligat.*

Litteris, constat obligatio, quæ vocatur litterarum obligatio, de qua in *tit. instit.de litter.obligat.* Consensu, velut emptio, venditio, locatio, conductio, societas, mandatum; *toto tit.instit.de obligat. quæ ex consensu,l.1. C. de iure emphyt,* latè *Ionius de solemnit. in contract.minor.gl.11.§.9.n.123.& seqq.*

796 An contractus præsumatur Nominatus, vel Innominatus, & quomodo inter se differant, videndus *Card.Tusc.lit.C.concl.995.& seqq.*

777 Contractus Innominati celebrantur interuetu rei, & est quilibet cõtractus innominatus, qui omnes sunt quatuor: Do, vt Des, Do, vt facias, Facio, vt des, & Facio, vt facias. Et partes super hoc ad inuicem cõuenĩũt per pactum nudum, Quo casu re integra ante adimplementum sequutum ex aliqua parte non est orta, nec producta efficax obligatio, nec actio, ad agendum, sed demum adimplemento sequuto ex vna parte datur ei actio, & obligatio aduersus aliam; quia illud pactum nudum respectiuum remanet vestitum interuentu rei; ideò dicitur contractus, qui fit, & celebratur interuentu rei, *text.est in l.naturalis ff.de præd.vrban. l.Iurisgentium. vers. primo,ff.de pactis, Gomez var.lib.2.c.8. Gusm. de euict.qu.29.nu.10.Valeron de transact.tit.1.q.4. Olea de cess.iur.tit.2.qu.2. Cæuall.q.272. Menoch.lib.3.præs.29. D.Conradin.de iur.prælat.on.q.20.n.7.8.*

778 Differentia inter contractum, qui re contrahitur, & contractum, qui contrahitur interuentu rei, est, quod contractus, qui re contrahitur non requirit verba, pactum, nec promissionem aliquam; sed eo ipso, quod res mutuatur, commodatur, vel deponitur, recipiens remanet obligatus, quia ipsa res designat in quo, vel in quanto contrahatur. Sed contractus innominatus, qui contrahitur interuentu rei, est varius, & ambiguus, & requirit pactum, & conuentionem expressam contrahentium, vt sciamus quid debeat præstare vtraque pars, scil.an rem pro re, vel rem pro facto, vel factum pro re, vel factum pro facto, quia in his casibus ipsa res non designat, nec potest designare in quo, vel quanto contrahatur obligatio, cum longe possit distare vna res ab alia, vel vnum factum ab alio, ex quo infertur. quod in contractu, qui re contrahitur, oritur actio, & obligatio ex ipsa traditione rei, quia ab eo dependet tota virtus, & substantia contractus. Sed in contractu, qui contrahitur interuentu rei, actio, & obligatio oritur ex ipso facto, & conuentione partium, non verò ex traditione postea sequuta, *l.explicito,C.de rer.permut. Gomez var. lib.2.c.8.nu.1. Mantica de tacit.lib.24.tit.4. Molinæ de Iustit.disp.253.ex n.3.Pichard.in §.quando causa,instit.de locat.& conduct.n.17. & in §. actionum, instit.de action.q.27.n.27.D D.sup.cit.*

779 Virtus, & natura, & effectus contractus innominati, est quod implemento sequuto ex vna parte oritur, & competit actio, & obligatio efficax contra alium recipientem, vt det, vel faciat, & adimpleat promissa, alias tenetur, & condemnatur ad totale interesse. *l.naturalis §.1. ff.de præs. ver.l.1. ff.de rer.permut.l.iuris gentium §.1.ff.de pactis l.quoniam asseueras,C.de rer.permut. Gomez sup.nu.2. Mantica de tacit.lib.24.tit.9.ex num.8. Tusch. lit.C.concl.996.* vbi dicit etiam non sufficere oblationem pecuniæ, sed depositum, *Britto tract.de locat.& conduct.in rubr.p.1.§.3. nu.10. Noguerol.alleg.18.num.97. Valasc. de iure emphyt.qu.6.num.4.Less.de iust.lib.2. c.17. dub.2. num.14.* Vbi quod ex innominatis statim oritur obligatio naturalis, non ciuilis, nisi ex vna parte sit impletus, vel nisi sit stipulatio, aut iuramentum, *Larrea dec.69.num.23. Carleual.de indic.disp.2. num.1038.* Vbi quod non potest per pactum effici, vt non sit locus pœnitentiæ.

780 Et verò, qui implementum recepit non datur aliqua actio, cum debitum suum consequutus est, nisi ad euictionem, vel redhibitionem rei, & idem est quando vterque adimpleuit ex sua parte, *gl.in l.explicita,* & ibi *D D.C.de verb permut.*

781 Et si ille, qui adimpleuit ex parte sua nolit agere ad obseruantiam contractus, seu interesse, sed ad dissolutionem eius, ex capite causæ non sequutæ, poterit petere rem, quam dedit, condictione ob causam, *l.1.ff.de rer.permut.* & ibi *gl.in l.naturalis.§.1. ff.de præscr. Britto d.tract.de locat.& cond. in rubr.1.p. §.3.num.10. Sousa tit.de pact s art.3. n.4. seqq. Gomez sup. Tusc.lit.C. concl.998.* vbi de differentia contractus nominati, & innominati, *Parlador.differ.135.num.7. Gratian.reg.102.* vbi limitationes adducit. *Gusm.de euict. qu 29. num.11. Menchac de succ.ess.creat §.12. nu.459. Molina de Iustit.disp.256.nu.3.seqq. Pichard.§. actionum. instit de action.qu.27. ex nu.28.Mantica de tacit.lib.1.tit.8.Osuald.ad Donel. lib.14. cap.22.*

782 Et similiter ille, qui adimpleuit ex sua parte potest agere ad dissolutionem contractus, ex Cap.pœnitentię, nam potest ei, qui dedit, & soluit repetere, quod est re integra, antequam alter sibi tradat, vel adimpleat promissum, & antequam sit in damno, quia fecerit aliquas expensas in præpara. traditionis,

nis, vel implementi. *l. si pecuniam, ff. de cond. causa dat.* Ex quo infertur, quod differentia, quæ resultat in repetitione ex capite causæ non sequutæ, & ex capite pœnitentiæ, est, quia prima habet locum post moram recipientis, qui noluit adimplere ex sua parte, modo remaneat in damno, modo non. Sed secunda habet locum re integra quando recipiens non adimpleuit, nec remanet in aliquo damno, *d. l. si pecuniam*, & ibi *Bart. & DD.* Ratio, per quam in contractu innominato habet locum pœnitentia, & non in alio, duplex est, prima quia sicut est debilis in eius productione, vt non oritur actio ante implementum secutum, ita ad implemento secuto ab vna parte, est debilis in eius conseruatione, & facilis in eius resolutione, *Mantica, Britto, Molin. Pichard. & alij sup. citati. Osuald. d. cap. 22. Gomez sup. num. 3. Salgad. labyr. p. 1. c. 32. Nos ad Rouit. dec. 7. n. 9. D. Rubeus de confusione cap. 18. § 7. n. 200.*

783 Et ille, qui adimpleuit ex sua parte non remansit in aliquo obligatus, sed tantum recipiens, vnde merito, ille, qui impleuit potest pœnitere, *gl. Bart. & DD. in d. l. si pecuniam.* Nec obstat, quod in contractu innominato oritur saltim obligatio naturalis, sed illa impedit soluti repetitionem, *l. naturaliter ff. de condict. indebit.* Nam respondetur, quod illud procedit quando obligatio naturalis est simplex, quia tunc habet effectum retentionis, secus verò quando est respectiua, vt in casu nostro, quia tunc non impedit repetitionem, per rationes, *vt sup. Gomez sup. Molina d. disp. 258. num. 5. & seqq. Pichard. in dict. § actionum. qu. 47. num. 29. & seqq.* Secus si non impleuit, *Surd. de alim. tit. 9. qu. 23. numer. 33. Amat. cons. 73. idem Surd. dec. 175. n. 16. Nos ad Rouit. d. dec. 7. n. 9.*

784 Et aduertit *Gratian. disc. 307. ex num. 36.* quod si res, quæ debebat dari per alterum, cui iam fuerat impletus contractus, perierit, perit periculo eius, qui eam erat recepturus, & qui iam impleuerat ex sua parte, antequam mora contrahatur ex parte dare debentis, licet secus sit, si illum, qui cum implemento ex parte sua pœniteat, & velit repetere ex capite pœnitentiæ, non ex capite causæ non impletæ: *Sousa tit. de pactis art. 5.*

785 De Iure communi oritur obligatio naturalis in contractu innominato ante implementum, *Gomez sup. nu. 4. Pichard. d. qu. 27. n. 15. 31. 39. Matienso in l. 2. tit. 16. lib. 5. recopil. gl. 2. n. 2. Sousa de pactis art. 8. qu. 2. nu. 8. Larrea alleg. fiscal. 40.*

786 Verum si in contractu innominato apponatur stipulatio, oritur efficax actio, & obligatio ante implementum sequutum ab aliqua parte, *l. ex placito ff. de rerum permut. Rota rec. p. 16. dec. 418. n. 20. 30. & seq. Cacher dec. 98. nu. 12.* Verum quia hodie communiter Notarij apponunt stipulationem rarò, aut nunquam dantur contractus innominati, *Bar. in l. 2. in fin. C. de condict. ob causam.* Sic non habet locum repetitio ex aliqua causa, sed agendum est ex stipulatione, *Gomez supra, & num. 5.*

787 Sed semper actori obstabit exceptio saltim in reali executione, nisi prius offerat adimplere ex parte sua, *arg. tex. l. Iulianus, § offerri, ff. de action. empt. l. venditor, § fin. ff. commu. præd. & l. ædiles etiam § fin. vers. ordinem, ff. de ædilit. edict. Bal. in d. l. ex placito, C. de rerum permut. Paul. de Castr. in rubric. ff. de verb. obligat. Gomez sup. Gusm. de euict. q. 24. ex n. 27. & seqq. & nu. 55. & seqq. Cancer. var. 3. p. c. 6. num. 110. Larrea alleg. 26. ex n. 10. & per totam.*

788 In contractibus Innominatis, ordinatis ad nominatos, cum de illis sit iudicandum prout denominatis, non licet pœnitere, *Magon. dec. Luc. 95. nu. 20. D. Marcian. disp. 17. Altograd. cons. 1. n. 5. 6. lib. 1, Ricc. coll. 957. Costa de re integr. dist. 5.*

789 In contractibus simpliciter Innominatis habet locum pœnitentia, re integra, nisi tendant ad liberandum, vel nisi sint iurati, quia iuramentum facit desinere rem esse integram, *Afflict. dec. 280. num. 6. 10. Add. ad Pract. Papien. Causa ven. it. gl. 1. Gratian. disc. 500. nu. 1. 18. 30. Surd. dec. 173. num. 16. Menoch. q. Vicar. 22. p. 2.*

790 *Bich. dec. 240. n. 27. 28.* Vbi in terminis permutationis, etiam post traditionem quando ab altera parte non adimplentur promissa, *Rota p. 16. rec. dec. 408. n. 20. & nu. 30. & seqq.* Vbi quod in contractibus innominatis non est locus reuocationi, stante Iuramento, obligatione Camerali, & stipulatione, *Sabell. § pœnitentia nu. 1. Tusc. conclus. verb. reuocatio Couar. & Faria lib. 1. c. 14. nu. 6. Vessembec. in paratitl. ff. de condit. caus. dat. Gomez, & Ayllon. lib. 2. c. 8. Amaya obseruat. lib. 2. c. 4. nu. 17. Pistor. qq. Iur. q. 140. n. 115. & seqq. p. 4. Carpzou. dec. 292. n. 4. seqq. Turri de camb. disp. 2. q. 10. n. 7.*

791 Sicut est permutatio, & mutuum, *Oñat. sup. q. 20. nu. 36. 37. Fadere. cons. 84. nu. 7. Salgad. labyr. p. 1. c. 33. nu. 15. Cancer. var. lib. 2. c. 5. num. 53. seqq.* Verum si res conuenta detur ab vtraque parte non est locus reuocationi, cum sit perfectus contractus, *Gomez sup. nu. 5. Tusc. lit. P. conclus. 302. P. Gregor. syntagm. lib. 28. c. 1. nu. 3. Gusm. de euict. q. 29. n. 10. P. Molina d. disp. 253. nu. 9. Mantica de conuent. lib. 25. tit. 1. n. 5. Lassa t. de decim. c. 17. Fachin. lib. 2. contr. 45. Stacc. de commerc. § 1. q. 4. & 6. Guttier. de Gabell. qu. 17. 29. Pichard. Instit. § actionum. Instit. de action. q. 17. n. 16. D. Rubeus de confusione c. 18. § 7. nu. 184. & seqq.* In permutatione est ius personale non descendens in hæredem nu. 185. Non admittitur in permutatione stipulata, vel perfecta, n. 187. & n. 204.

792 Sed de Iure Hispano, ex lege regia *l. 2. tit. 16. lib. 5. recopil.* In contractu innominato oritur efficax actio, & obligatio ante implementum sequutum ex aliqua parte, & cessat repetitio

tio, ex Capite pœnitentiæ, vel causæ non sequutæ, *Gomez sup. n. 4. & 5. Gregor. Lop. in l. 3. tit. 6. p. 5. verb. qualquiera, Did. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordin. Mattienz. l. 2. tit. 16. lib. 5. recopil. gl. 2. num. 6. Gusm. de euict. q. 24. nu. 58. Pichard. in §. actionum. Instit. de action. q. 27. ex num. 37. Laffart. de decim. c. 17. ex num. 27. Molina d. disp. 258. nu. 8.* post alios *Ayllon. ad Gomez d. c. 8. n. 5. Parlador. lib. 2. quotid. c. 3. n. 32.*

793 An contractus Innominati pariant obligationem in foro conscientiæ, vel sit locus pœnitentiæ, secundum Iura ciuilia, disputat *P. Diana p. 9. tract. 9. res. 12.* Et etiam in contractibus innominatis fauore Piæ Causæ gestis, licere pœnitere, *Couar. var. lib. 1. c. 14. num. 16. vers. his equidem omnibus,* & ibi *Faria n. 69. 70. ex Menoch. cons. 296. num. 85. Ruin. cons. 7. num. 29. lib. 1.*

794 De Iure Canonico non est locus pœnitentiæ in contractibus innominatis, *Gratian. disc. 803. nu. 5. & seqq. Manriq. qq. Vicar. 22. p. 2. Fachin. lib. 11. contr. c. 8. Cancer. var. p. 2. c. 5. nu. 53. Padill. in l. naturalis. §. & si quidem nu. 18. ff. de præscript. verb. Gomez lib. 2. var. c. 8. nu. 4.* & ibi *Ayllon. Cardinalis Mantica de tacit. lib. 1. tit. 8. num. 17. seqq. Doctissimus Merenda lib. 23. contr. cap. 33. n. 5. Gennuens. practicab. c. 689. Turre de camb. disp. 1. q. 10. n. 12. seqq. Peregr. dec. 149. nu. 7. Parlador. quotid. lib. 2. c. 3. nu. 32.* quid quid dicant *Roman. & Ios.* quos sequitur *Fachin. li. 11. d. c. 8. Padilla in l. naturalis. §. & si quidem, ff. de præscript. verb. Cancer. var. lib. 2. c. 5.* nam illos impugnat *Vrceol. de transact. quæst. 6. num. 57.*

795 Quando competat conditio ob causam ex capite pœnitentiæ in contractibus innominatis, disputat *Duen. reg. 111.*

De contractibus Innominatis agunt, vt diximus *Gomez l. 2. var. cap. 8.* vbi *Ayllon. Gusm. de euiction. q. 29. nu. 10. Valeron. de transact. tit. 1. q. 4. Olea de cess. iur. tit. 2. quæst. 2. Canall. q. 272. Menoch. de præs. lib. 3. præs. 39.*

796 Contractus Innominatus, licet possit reuocari, vt sup. diximus, Tamen ille non potest reuocari, si fuit stipulatione vallatus, *Bart. in l. 2. C. de condit. ob causa, Bulgar. in repert. rubr. de verb. obligat. à nu. 14. ad n. 42. Conar. 2. p. rubr. de testam. nu. 19. P. Affl. contr. 44. nu. 31. Hodierna ad Surd. dec. 209. n. 7.*

Quando licitè reuocatur, an debeant restitui soluta, & data? debent restitui, si causa implenda finalis non fuit impleta, vel ab vtraq; parte tacitè intellecta. Et non competit restitutio dati, ob adimplementum non sequutũ eius culpa per quem fieri debebat adimpletum. Nec locum habet repetitio, si casu fortuito, adimplementum non sit sequutum. Multo magis non competit quando impedimentum fuit datum per ipsum met, qui prætendit repetitionem, *P. Affl. d. quæst. 44. nu. 26. & seqq.*

Et pœnitens in talibus contractibus debet alteram partem ab omni damno reddere immunem, *l. si pecuniam. 5. in fine. ff. de condict. causa dat. Surd. dec. 29. nu. 16.*

Sine difficultate contractus innominatus potest reuocari, quando ab vna parte non adimpletur, *l. si pecuniam, ff. de condict. ob causã, l. fin. vbi DD. ff. cod. Surd. dec. 173. n. 16. Gratian. disc. 3. nu. 19. Bellon. iun. cons. 13. num. 40. Add. ad Burat. dec. 640. nu. 29. Altograd. cons. 1. num. 4. 5. Mangil. de euict. q. 141. nu. 6. Vrceol. de transact. q. 89. nu. 13.* Maximè si est pactum resolutiuũ, *n. 46 seqq.*

Vel si sit adimpletum per rei traditionem, res illa postea sit euicta, *l. non quocumq; ff. de leg. 1. Becc. cons. 83. n. 8. 9. Surd. d. dec. 173. nu. 16. 17. Mangil. d. q. 141. n. 7. Altograd. iun. contr. 77. num. 4. 5. Larrea alleg. 26. Surd. dec. 166. num. 12. Grinell. dec. 111. Cancer. p. 1. c. 18. n. 44. Gallerat. de renunciat. cent. 1. ren. 18. nu. 12. Ludouis. & addit. dec. 216. n. 2. 4. Barbos. voto 76. d. n. 119. lib. 3. Prat. obs. 54. Sesse dec. 291. lib. 3. D. Reies opusc. lib. 2. sect. 2. Olea de cess. iur. tit. 8. q. 1. n. 21. 22.*

Et licet donatio sit Contractus nominatus, vt Diximus *sup. nu. 775.* Tamen contractus innominatus si contineat donationem, est irreuocabilis, *Mier. de maiorat. p. 1. q. 24. Gomez in l. 40. Tauri nu. 39. Vasq. lib. 3. qq. vsufr. c. 61. n. 1. Fachin. lib. 8. contr. c. 89. Lup. de donat. inter vir. §. 34. Canall. q. 249. num. 2. 3. Guttier in c. quamuis pactum nu. 60. de pactis in 6. & lib. 2. pract. q. 52. nu. 2. 3. Gratian. reg. 410. Parlador. lib. 2. rerum quotid. c. 3. nu. 37. D. Hodiern. ad Surd. dec. 206. n. 6. 7.*

797 Contractus nominatus non potest rescindi, nec reuocari, ex capite non implementi, nisi defectus consistat in causa finali ipsius Contractus *Altograd. cons. 1. lib. 1. & cons. 9. Sabell. §. Contractus nu. 5. & §. exceptio nu. 50 §. venditio nu. 37. 38. §. pœnitentia. nu. 1. §. emptio n. 16. Serafin. dec. 591. nu. 8 seqq. dec. 1133. 1275. Rota p. 13. rec. dec. 419. nu. 18. seqq. & p. 14. dec. 1. nu. 2. seqq. & dec. 519. nu. 21. & seqq. Anton. de donat. lib. 1. prælud. 2. §. 1. n. 155. Cyriac. contr. 55. n. 68. Doctissimus D. Noguerol. allegat. 6. num. 75. alleg. 18. n. 96. 97. alleg. 22. n. 28. Costa de reintegra. dist. 1. Tepat. var. sent. tit. 357. Vin. opin. 347 nu. 7. seqq. Becc. cons. 45. Pacion. de locat. c. 60. nu. 28. Rota dec. 616. nu. 12. 13. p. 5. rec. Statil. Pacific. de Saluian. in spect. 5. c. vn. n. 161. P. Affl. contr. 44. num. 27.*

798 Et secus si adsit clausula resolutiua. *Noguerol. d. alleg. 18. n. 98.*

799 Sed debet agi ad implementum, vel ad interesse, etiam re integra, *Rota par. 2. diuers. dec. 271. in fine, Ludouis. dec. 150.* vbi etiam *Addit. Tusc. lit. C. concl. 998. Castill. tit. de alim. c. 14. nu. 9. seqq. Vrceol. consult. 53. n. 9. seqq. 65. 91. 87. n. 9. vol. 2. R. Martian. disp. 17. 53. nu. 9. seqq. Gratian. & Addentes dec. 159. Larrea allegat. 26. Rota p. 11. rec. dec. 300. Thomat. dec. 287. Rota p. 14. rec. dec. 519. Coccin. dec. 2160. nu. 5. Pacion. de locato cap. 60. n. 26.*

800 Ve-

800 Verum potest agere ad rescissionem, & potest reuocare ad ipsius emptoris electioné, quando res vendita fuit asserta libera, & non erat, siue venditor sciuerit, siue ignorauerit. *Idem Vrceol. consult.53. & 65. vol.2., & consult.61.d.lib.2.*

801 Sic etiam indirecté potest agi ad rescissionem Contractus nominati, ob non implementum, agendo scil. ad implementum, in eius defectum ad damna, & interesse, ac loco interesse petendo sortem, *Ludouis. & Beltram. dec.88.*

802 Nec resoluitur Contractus modo non impleto, sed agitur ad implementum. *Noguerol. alleg.22.nu.27.*

803 Emptor non potest recedere à contractu, venditore non tradente rem tempore conuento, quamuis res vendita consisteret in pondere, numero, vel mensura, quo casu ante ponderationem, numerationem, vel mensurationem non dicitur contractus perfectus, quo ad periculum, & commodum, sed bene quo ad indissolubilitatem, & agere tantum potest ad rem tradendam, & ad interesse, propter moram venditoris, *Affl. dec.280. Gratian. disc.* 803.301.224.*nu.50.seqq.* Vbi quod potest via executiua repetere pretium, non vt pretium, sed vt interesse, & *disc.207.n.12.seqq. Altograd. cons.12.n.42.lib.1.*

804 Quod possit pretendere interesse quanti plurimi, ob moram venditoris in tradendo, sed qualiter probetur. *Menoch. de arbitr. cas.* 120. *Altograd. cons.45.n.4 seqq.lib.2. Affl. dec.* 280. *Christin. dec.71.n.4.lib.3.*

805 Ad quem spectet periculum rei venditæ ante traditionem. *Tusc. lit. E. concl.*125.126. *Sabell. §. periculum & §. venditio.*

Licet contractus locationis, & conductionis sit contractus nominatus, vt diximus, & à contractu nominato non possit recedi, ob nó implementum. *Pacion. de locat. cap.60.num.26.* Et sic non licet ab eo recedere ob non adimplementum, sed est agendum ad adimplementum. *l.sicut.C.de action. & obligat. Raudens. cons.43.num.14. Marescot.lib.1.var.c.90. n.30. Coccin.dec.329.n.3.4. Rota rec.dec.121.n.1.p.4. tom.1.*

806 Tamen ab hoc contractu potest recedi, putá si conductor non adimpleat ex parte sua, soluendo pensiones *l. adem C. locat.* Idem si locator non adimpleat. *Rota apud Marches. de commiss.p.1.fol.1085.sub.nu.7. Pacion.d.cap.60. num.27.*

Maxime si concurrat, quod non possit vti re, culpa locatoris, & quod res sit integra. *Ludouis. dec.130.n.1. & seqq.* Pacion. *sup.n.29.*

Conductor recedere potest à conductione, ne dum si locator rem non tradat, sed etiam si post quam tradidit, vti non patiatur, seu impediat. *Pacion. sup. num.30.* Quamuis impediat tantum in parte. *num. 31.* Nedum si impediatur ab ipso locatore, sed etiam si ab alio, quem ipse posset impedire. *n.32.* Vt locator non possit purgare moram, nisi statim, & re integra. Nec potest velle dare rem per tantundem temporis. *Pacion. sup.n.33.34.*

Contractus locationis, & conductionis operarum, est contractus nominatus, vt diximus, Ideó in illo non est locus pœnitentię, & sic reuocationis. *Azo in summa. C. locati* post *num.29. Caualer. dec.420.nu.3. D. Galeota contr. 69.n.6. lib.1. Rota* post *Zacchia de Salario dec. 32 num 9.* Secus si pensio, aut merces non sit certa, nam tunc est contractus innominatus. *Bal. in l.contractus.16.nu.16. C. de fide Instr.* Et ideo re integra ille reuocari potest, quamuis aliquis ex contrahentibus, aliquas fecisset expensas. *l.si pecuniam ff. de condit. causa dat. Rota coram Peutin dec.6. ad finem.* quæ est etiam apud *Marches. de commiss. p.3. fol.109. Pacion. de locat. c.17 nu.74.*

807 Contractus mutui, vel depositi, vel donationis, siue innominatus, an sit iudicandus quando quis alteri non flagitanti dixit: *accipe istas pecunias*, pendet à coniecturis, de quibus *DD. in l.cum quid ff. si cert. petat. Menoch. de arbitr. cas.88. & de præs. lib.3. præs.34. Molin. dec.692. Rota p.9. rec. dec.309. p.11. dec.315. Sabell. §. Testator. num.4. §. Titulus n.2. §. mutuum. num.2.*

808 Sed videbimus An transactio sit contractus nominatus, an innominatus, ad hoc, vt habeat, vel non locus pœnitentię, ante implementum? Quod sit contractus innominatus dicit *Bar. in l.siue apud 28. C. de transact. nu.21. Mantica de tacit. lib.1. tit.8. n.10.11.*

Et alii apud *Vrceol. de transact. q.6. nu.4. seqq. Rot. dec.74. n.1. p.14. recent. Olea de cess. iur. tit. 6. q.7. n.12. Oroz. de apic. Iuris lib.3. c.12. Cyriac. contr.128. n.45. Seff. dec.131. nu.2. Ios. Ludouic. dec. Perus.18. n.40.*

809 Et sic quod ante implementum non producat actionem. *Decian. cons.102. num.6. vol.3. Natta cons.465. nu.3.* vbi de transactione, *Gomez var. lib.2. c.5. n.1. Mantica de tacit. lib.24. tit.8. num.12.*

810 Ideó re integra licitum erit partibus ab ea recedere, & pœnitere *l.si pecuniam ff. de condit. caus. dat, Gomez. d.c.8. Couar. var. lib.1. c.14. nu. Pistor. qq. Iur.140. num.115. seqq. Carpzou. dec. 292. n.4. seqq.* post *alios Vrceol. de transact. qu.6. num.52. seqq.*

811 Sed quod in transactione, siue attendatur ius Ciuile, siue canonicum, oriatur actio ante adimplementum, nam iure ciuili inspecto, est contractus, qui solo consensu perficitur *l.cum te.5. l.minorem 20. in fin. C. de transact. l.pactum 17. C. de pactis l.2. C. de act. & obligat.*

812 Et est ex illis, qui ante adimplementum producunt actionem, & sic est contractus impœnitibilis. *l.fratris 10. l. quamuis 39. C. de transact.*

813 Si vero attendamus ius Canonicum, magis firma est conclusio, quia illud soli naturali obligationi, & pacto nudo actionem tribuit.

Onat. de contract.tom.1.tract.3.de contr. in gener. disp.2.sect.1. n.109.Gomez.var.tom.2. c.8.nu.4. Gratian.disc.803.n.5.seq.Merenda lib.23.c.33.n. 5.Genuens.pract.c.689. Parlador. rer.quotid.lib. 2.c.3.n.32.Torre de camb.disp.1.q.10.n.12.seq. Vrceol.d.q.6.n.57.

814 Eo magis,quod etiam contractus innominati ex conuentione non ex implemento legem accipiunt, vt notat *Salyc.in l.cum mota num.6.C.de trans.*

815 Sed quod transactio sit contractus nominatus,dicunt *Forc.vul.dialog.46.Coras.lib.1.Miscell.c.23. Altograd.cons.104.n.48. lib.2.*

816 Ea ratione,quia transactio habet nomen elegans, & speciale, per quod discernitur ab alijs contractibus, suum titulum habet distinctum à cœteris, & consequenter nominatus contractus censeri debet *Coras.d.c.23 n.6.*

817 Quod non sit contractus Innominatus, vel nominatus,sed quoddam pactum nudum de re dubia lite incerta, aliquo dato, vel promisso.*Cuiac.in l.iurisgentium 7. ff.de pactis.Fab. in rational.ad l.2. ff.de iure iur. Morla in empor. 1.p.tit.4.n.5.Prichard.lib.4.instit.tit.6. de action. qu.27 num.48. Merenda contr.iur.lib.18.cap.4. num.17.*

818 Quod transactio, vtriusque consensu inita, (antequam sit stipulatione, aut iuramento munita, vel traditione rei roborata) sit contractus innominatus,celebratus pacto nudo, aptus parere actionem,tam de iure ciuili, quã maxime de iure canonico, probat *Vrceol. de transact.q.6.n.24.seqq.*

819 Ideo quomodocumque sit, siue transactio sit contractus innominatus,siue nominatus,in ea non habet locum pœnitentia, etiam attento Iure Ciuili, nam ex illa oritur actio ante adimplementum, & ab ea non licet recedere, nam licet in contractibus innominatis sit locus pœnitentiæ,aduersario non implente, *ad d.tex.l.si pecuniam.in princ.ff de cond.ob caus. dat.* Hoc tamen fallit in contractibus innominatis, qui ordinantur & diriguntur ad lites finiendas, vt est transactio, cuius speciali fauore inductum est,ob publicam vtilitatem, quæ in diremptione, & litium extinctione consistit, vt ea facta firmiter obseruetur, & non intret pœnitentia,tam in actore, quam in reo, etiam si incontinenti, re integra, ex partibus aliqua vellet recedere,*ex tex. l.si fratris 10. & l. quamuis,C.de transact. Decian.cons.64.n.9.lib.3. Vessembec.cons.31.nu.16 Larrea alleg. 26. Surd. dec.166.n.12. Grinell.dec.111. Carcer. var.p.1. c.18.n.44 Gallerat.de renunciat. cent. 1. renunc. 18.n.12. Ludouis.& add.dec.216.n.2.4. Barbos. lib.3.voto.76. à num.119. Prat.obs.54. Retes Opusc.lib.2. sect.2. Oroz. de apic. iur. lib.3. cap. 12.num.20.*

820 Præcipuè si sit facta pro resto, & saldo aliquo. *Vessembec.cons.70.num.5. cons.106. nu. 5.6. Surd.cons.447. num.39. Mantica de tacit. lib.1.tit.8. num.38.& lib.26.tit.1. num.6. Gratian.disc.721.n.35. Altograd.cons.104.n.49.lib.2. Hoping.cons.21.Staib.resol.75.n.10.11.*

821 Etiam si soluatur pœna,per *l.rescriptum 11.§ si pacto ff. de pactis.Gratian.disc.672.n.12. 13. Gallerat.de renunciat.cent.1. renunciat.37.n. 14.l af Ludouic.dec.Peres.18. num 40.41. Rota dec.136.n.1.2.p.6.recent.*

822 Siue transactio sit facta ad liberandum debitorem,aliquo dato, siue ad obligandum. *Mantica ...tit.8 n.38. Hoping.d.cons.21.*

823 Potest reuocari transactio, si sit facta sub illa conditione, si Princeps facultatem concesserit,donec illa concedatur, vt in concordia facta super beneficio, sub conditione impetrandi beneplacitum apostolicum. *Gonzal. ad reg.8. Cancell.gl.12.ex n.80.*Et in alienationibus quibuscumque prohibitis. *Grat.au.disc. 514.Marescot. lib.1.var.c.14. Thor.p.1.comp. vers.* assensus an præsumatur, & *vers.* alienatio rei feudalis. *Cariueal.de iudic.lib.1.tit.3. disput.23.à num.23. D.Galeot.lib.2.contr.66.nu. 26.27. Riccius praxi alienat. rei Eccles. dec.36. 85.Giurba de success.feud.§.1.gl.15.nu.65.Ciarlin.lib.1.cap.39.ex num.37. Barbos.voto 126.n. 68.lib.2. Salgad.labyr.p.1.c.33.à num.22.& p. 2.cap.21 à num.40. Olea de cess.iur.tit.8. q.3.n. 22.23.*licet contra teneat *Molina de primogen. lib.4.c.3.n.48.* bene *Valeron. de transact. tit.4.q. 2.num.39.*

824 Dicitur exceptio litis finitæ, quæ litis ingressum impedit,& expedit illam seruari, *Hoping.d.cons.21. Rota recent.dec.447.num.1.p.2. Staib.d.res.75.n.14.Larath.cons.28. nu.20. Nos al Rouit.dec.7. n.9.*

825 Beneuerum, licet regulariter, ex *tex. d.l. quamuis C.de transact.* non sit locus pœnitentiæ,id procedit in liberatione nata, & iam per transactionem perfecta, secus est in liberatione nascitura, & pendente ab adimplemento alicuius rei, vel causæ, quia tunc habet locum pœnitentia, nisi debitor impleuerit, vel sit paratus adimplere *Torre de camb. disp.2.q. 23.n.33.seqq.*

826 Vbi verò transactio reperitur stipulatione, iuramento,aut traditione firmata,dicitur contractus nominatus, vt de ea, quæ habet stipulationem. *Coccin.dec.329. num. 6. dec.2301, num.23.*

827 Quæ per non adimplementum non rescinditur, sed debet agi, vt Impleatur. *Coccin. dec.2160.n.5.*

828 Etiam si in ea dictum fuisset, quod in euentum non adimplementi possit recedi à contractu, quia hoc intelligitur post quam fuerit actum secundum dispositionem iuris,vt scil.adimpleretur, & non fuerit adimpletum, nam alias ex eodem pacto resultarent duæ specialitates, vt videlicet possit rediri ad primæua iura, absque eo quod anteà fuerit actum pro adimplemento, quod est contra ius, *Coccin.dec.229.n.6.7.dec.2160.n.8 9.*

829 Nisi

829 Nisi tamen implementum respiceret substantiam, & causam finalem contractus, sine qua alter ex transigentibus non contraxisset, vt planè *Rota dec.70.num.7.seqq.* apud *Torre de pact.fut.success.Vrceol.consult.53. & 65. & de transact.qu.6. in fine.*

Donatio, licet aliqui velint non esse contractum innominatam, alii esset contractum anomolum: Tamen vera opinio est, quod sit contractus nominatus, *Clar. §. donatio qu.1. num.2. Surd.cons.369.nu.9. Menoch cons.383. nu.53.Hermosill. in l.1.gl.1. num.3.tit.4. qu.5. Barbos.in l.si donationis 9. n.3.C.de his, quæ vi, & in l.donationes,quas.C.de donat.inter, Robl.de repræsent lib.3.c.12.nu 2.Castell.de donat.disc.1. particul.vnic.n.23. Antun.de donat.lib.1.prælud. 1.n.36.*

830 Et licet sit vera conclusio *sup.* firmata, quod in contractibus innominatis habet locum pœnitentia, illa fallit fauore dotis, *l. si ego §.1 ff.de iure dotium, Surd.de alim.tit.9. qu. 23.n.31.Gomez var.tom.2.c.8.* vbi *Ayllon.Salgad.labyr.cred.p.1.c.33.n.15.16.*

831 Fallitetiam fauore piæ causæ, *Surd.sup.n. 32.* post alios, *Viscont.conclus. iur. verb.pœnitentia, Nos ad Rouit.dec.7.n.9.*

832 Contractus, & Actus reuocabilis non fit irreuocabilis per iuramentum, *Postius resol. 141.nu.23.Serafin.dec.427.nu.7.Castald.consul. 159 n.12.con.vlt.172.n.5. Pecch.de aquæduct.lib. 3.c.fin.qu.42.n.58.& seqq.& n.70.*

833 Nec obligationem extendit, sed suscipit naturam actus cum iisdem additionibus, & qualitatibus, quæ in principio promissionis adsunt, *l.fin.C.de non num.pec. l. sed si possessorium, §.item si iurauero.ff.de iureiur. Mangil. de euict.q.34.n.25.*

834 Et iuramentum nouam, & validam obligationem non inducit, sed solum iam inductam strictius confirmat, *Palma nepos alleg. 16.nu.7.8.Ionius de solemnit.in contract.gl.16.§. 8.n.8.& seqq.*

835 Differt nullitas à Reuocatione contractus, quia reuocatio propriè, vel est distractus, dum vtraq; pars contrahens distrahit, aut resoluit cōtractum, com iisdem sollemnitatibus factum, vt diximus, in definitione distractus, & dicemus hic *n.841.* Vel vna pars sola ex contrahentibus reuocat, quod potest accidere, si cōtractus claudicet, putà si sit factus contractus cū minore, Ecclesia, vel alia persona priuilegiata, quæ vltra eius consensum, requirit alias solemnitates, putà decretum Iudicis, assensum Apostolicum. Vt diximus *sup. hic,* licet alias sit in eius arbitrium stare, vel non contractui. *Cancer.var.lib.1.c.37.nu.9. Franch. dec.35.n.2.3.Thes.lib.3.qu.37.num.51.Merlin. contr.21.n.10.lib.1.Gratian disc.27. nu.41.* vbi etiam *Luca, Mesa lib.2.var.c.24.à n.29. Surd. dec.70.* vbi *Censal.& Hodierna.*

836 Vel in feudi alienatione, quæ requirit assensum Regis; vel rei emphyteuticæ, quæ requirit cōsensum Domini directi, Vt similiter diximus *sup. hic.*

837 Ideò nè res stet in suspenso, potest minor cogi, vel Ecclesia, ad declarandum, an velit stare contractui, vel ab illo recedere, *l.Iulianus §.si quis colludente, ff.de action. empt. Montan.de tut.c.33.n.458.seqq.Surd.cons.9. num.19. dec.69.n.23.dec.179.nu.9.Sperell.dec.155.n.16. seqq.Gratian.disc.98.n.10.seqq. 549. n 7.D.Romaguer.ad Conciol.ad stat.Eug.lib.2.rubr.56. nu. 56.seqq. D. Luca ad Franch.dec.35. Gross. ad pragmat.Sicil.§.32.numer.vlt.fol. Ciroc. disc. 71.n.48.Cancer.var.c.13.nu.91.Staiban.ref.159 & in obs.109. D. Ricc.Pepoli in praxi p.1.tit.4. c.2. n.22. Nos sup.n.691.*

838 Et minor non potest pro parte contractū approbare, & pro parte non, *DD sup.citati.*

839 Reuocatio actus, & contractus an exposcat eandem solemnitatem, quam exigit illius actio? Sic, *Salgad.de protect.p.2.c.16.nu.62.Castell.de donat.tom.1.disc.2.p 10 à n.84. Noguer. alleg.15.n.204. Olea de cess.iur.tit.2.qu.5.à nu. 22. D.Mansi consult.449.n.29. Boccac.ad constit. Egid.lib.5.gl.8.n.5. Montan. de tut.c.33. n.331. Giurba dec.49.n.13. Baron. de eff.min.ætat.circa contract.eff.11. n.47.Ionius de solemnit. in contract.min.gl.16.§.7.n.187. seqq.Pacion.de locat. c.58.on. 11.seqq. Sesse dec.355. n.13.Salgad.de protect.p.2.c.1.n.209.seqq.& c.16.num.62. Valensf.cons.117.nu.92.53. Card. Luca de alienat. disc.5.n.9.de donat.disc.28.n.7.Luca ad Gratian. disc.168.n 1.Censal.ad Surd.dec.70.& 128.*

Cum sit eiusdem naturæ contractus, & distractus, *Bar. in L.& ideò. in princ.ff.de condict. furt.l.de tutela,C.de in integr.restit.l. ab emptione ff.de pactis l.1.C. quando hic ab empt. disced. Franch.dec.48.n.6.dec.36.nu.7. Gaill.obs.2. nu. 15,Salgad.sup.nu.207-208.Antun.de donat. lib. 1.præl.2.§.2.nu.44.45,Pacion.sup. Pereira de potest.eligl.c.7.nu.15. Escob.de ratiocin.c.14.n.42 Gratian.disc.168.Cauall.qu. 897.n.846. Mantica de tacit.lib.1.tit.2.nu.15.seqq. Barbos. in l.hæres absens.§.proinde n.13.ff.de iudic.*

840 Sed non requiruntur, si tales solemnitates fuerint adhibitæ, non ex necessitate, sed ex partium voluntate, *Gratian. disc.168.* vbi etiam *Luca, Tusc.lit.S.concl.328.Osasch.dec.52. nu.10.* Sic solemnitas non necessaria si fuerit adhibita, sed minus legitimè non viciat actū, quia abundans cautela inepte adhibita non nocet, *Felin.in c.cum ordinem.n.2. seqq. de rescript.& in cap.ex intimata.n.12.de Iudic. Addit. ad Sanfel.dec.350.versus finem.* Sic si statutum requirat duos testes, si sint adhibiti quinque, in reuocatione requiruntur duo, non quinque. *Barry de success.lib.10.tit.11.de res.testam. nu.3. Surd.dec.128. Mantica de success.p.4. qu.4.art.1 num.39.*

841 Verum solemnitas, quæ non est à statuto inducta, sed de partium voluntate addita, si non fuerit adhibita, actus remanet nullus, *Ionius gl.16.§.1. art.1.nu.257. Altograd.cons.26 n.19.*

n.19.lib.1. maximè ex clausula: *nec aliter*, *Gratian.* & *Luca disc.197.Barbos.claus.81.n.16*.

Verum non sufficit solus consensus in dissolutione, sed requiritur actus retrosimilis, vt si in contractu adfuit precarium, seu constitutum, & stipulatio, & scriptura, requiritur etiam in distractu, *Pacion.d.c.58.de locat. nu.15.Surd.cons.136.n.25.*

Sed solemnitates Statuti Romæ, quæ requiruntur in contractibus minorum, mulierum, & aliorum, sicut requiruntur in donatione, requiruntur in retrodonatione, si prima donatio sit perfecta, *D.Constantin.ad stat. Romæ annot.44.num.369. Andreol.contr.133.num.16. Bondev.collect. legal.16.n.52.& 59. Beninteud. dec.21.Merlin.dec.205.Dunoz.dec.176.Rota post Torre.de pact.dec.154.n.10.*

Requiruntur in remissione iurium, etiam tacita, *D. Constantin.sup.n.399.400.*

Requiruntur in confessione de recepto, *D.Constantin.sup.n.425.Granut.theor.25.nu.21. Groff.de contr.act.minor.inspect.3.q.21. Rota dec.485.n.15. coram Peutinger.& dec.306.num.33. p.18.rec.*

Requiruntur in quietatoienibus, & liberationibus, *D.Constantin.sup.n.435.436.461. 358.Rota dec.145.num.4.p.3.rec. & dec.291. num.8.p.18. Groff. de contract. minor. insp.3. q.18.Lenzon.ad statut.Vrb.151.nu.38. & seqq. Rota dec.975.n.7.p.18.tom.2.rec.*

Sic, si in aliquo loco, ex statuto in contractu requiruntur testes de loco, in reuocatione illius debent esse testes eiusdem loci, *Surd. dec. 129.n.4.seqq. Hodiern.ad eum dec.135. Barry sup.n.8.*

Quod ad dicta *sup.n.859.* difficultas est. An à maiori parte Vniuersitatis, possint reuocari gesta per totam Vniuersitatem, nemine discrepante. Et *R.Marin. ad R.Reuert.dec.338.* dicit non posse, ex *Moditto in §.plebiscitum, Crauet. cons.332.lib.1.n.1.* Sed contra tenet *Luca ad Gratian.d.disc.168.nu.6. ex Simonell.de decret.in præfat.n.44.*

Eædem solemnitates requisitæ in contractu requiruntur in ratificatione, *Surd.de alim. tit.8.priuil.22.n.6. Altograd.cons.36.nu.16.17. Gamma dec.35.Barbos.in l.si vt proponis.n.6. C. de nupt.Ludouis.dec.395.433.nu.9.Farinac.dec. 557. Serafin. dec.1241.* post alios *Censal. ad Surd.dec.70.n.7. Tusc.lit.R.conclus.24. Sabell. §.ratificatio.n.9. Rota p.11.dec.324.p.13. decis. 408.p.14.dec.193.*

Verum non omnes solemnitates requisitæ in actu faciendo requiruntur in declaratione, nam declaratio nihil de nouo facit, *Surd. dec.70.num.1.Roman.cons.487. Calcan.cons.48.n.170. Cassador.dec.33. Cancer. var.c.8.de donat.sub n.180.& 181.Capyc. dec. 182.Censal.ad Surd.dec.70.n.8.*

842 Si quis habet facultatem reuocandi contractum, vt effectum sortiatur, est intimanda reuocatio, vt suum effectum sortiatur. *P. Sanch.de matrim.lib.3.disp.36.Gomez lib.2.var. c.5.n.6.* Diximus *hic in princ.*

843 Dominus, an, & quando possit reuocare contractum, vel alium actum, per procuratorem, vel nuntium faciendum, disputant *Hermosill.in l.4.gl.1.n.55.tit.4.p.5.Ayllon. ad Gomez.lib.2.var.cap.4.n.4.*

Sed reuocatio debet notificari contrahentibus, alias non officit illis, *Thes. decis.105. Cartar.dec.30.n.12.Farinac.q.25.n.100. Giurba dec.79.n.20.Costa de ignor.cent.q.24. & Mesa lib.3.var.c.43.Monter.dec.43.* post mille *nu.8. Olea de cess.iur tit.1.q.1.n.26.& seqq.*

844 Reuocatio pro facta habetur vbi eius causa adest, sed non fuit facta ex repentina morte, vel alio impedimento, *Molin.de primogen. lib.1.c.9. n.37.Fontanell.de pactis tom.2.claus. 5.gl.8.p.3.n.63.& seqq.*

845 Si quis in contrahendo reseruauit sibi potestatem contractum reuocandi, tale ius personale est, nec transit ad heredes, *Molina de primog.lib.1.cap.9 nu.36. Fontanell.de pactis cl. 4.gl.28.n.35.Menoch.cons.155.nu.17. Morch.de diuis.bonor.lib.2.c.6.ex n.91.Vasq.opusc. de testam.c.6.§.3.dub.2.*

In licitatione iudiciali quando contractus rei emptæ subhasta dicatur perfectus, Ad hoc vt non sit locus pœnitentiæ, & reuocationi?

846 Dicitur perfectus contractus quando, factis subhastationibus, cum illis verbis: *Quod plus offerenti dabitur*, quis vadit, & offert in Iudicio, nam obligatur ex sua oblatione: itaut perfectus dicatur emptionis, aut locationis contractus, adeo vt non amplius locus sit pœnitentiæ. *Bar.in l.licitatio, in princ. ff.de public.& Vectigal.& in l.si tempora.n.3. C. de fide instr.& iure hast.fiscal.lib.10.Afin.de execut.§.6. c.2. & §.4.c.86.Cesar. qq.Peregr.q.37.n.1.2.3. 4.Arias de mesa lib.2.c.20.nu.4. Hodiern.contr. 40.Nig.de subhast.cap.7.§.1. & 2. Ricc.collect. 1726.D.Capon.discept.144.n.3. Diana res.p.9. tract.8.res.57. Antun.de donat.p.2. lib.1.c.11.n. 39.seqq.D.Maradei sup.prag.sing.214.n.6.seqq. Staiban.res.& obs.20.lib.1. Giurba obs.97. n.4. seqq.obs.98.n.1.seqq. Rebuff.de subhast. art.4.gl. Vnic.nu.34.Nig.eod.tract.c.7.§.1.n.1.Tap.ad ius Regni lib.6.tit.de locat.rerum fiscal.tit.2. n.6.fol. 35.Sedarin.resp.fol.195.at.nu.15. Affl.dec.349. sub n.4.Menoch.cons.1121.n.3. Amat.resol.38. n.1.D.Albrit.de inconstit.q.43.n.28.seqq.*

847 Itaut non admittitur aliqua pretii adiectio, nec res ab emptore amoueri, & darii nouo licitatori *l.1.2.C.de Vendit.rerum Ciuit.lib. 10.l.eos C.de diu.præd.lib.11. l.lucius §.fin. ff.ad municip.Marc.dec.566. Boer.dec.219. Magon. dec.flor.132.Mastrill.dec.84.à nu.2. Auendan.de exequ.mand.lib.2.c.12.n.9.Parlador.lib.2.c.fin. 6.p.§.10.n.14.seqq.Guttier.de gabell.q.146.* post alios *Hermosill.gl.8.l.53.n.4. Amat.d.resol.38.n. 1. seq.D.Albrit.de Inconstant.in iudic.q.43.num. 114.seq.*

848 Quia illa verba *plus offerenti dabitur* inducunt

cunt obligationem præcisam. *Amat. dec. Marcb.67.n.1.Castill.dec.7.n.9. Postb. de subbast. inspect.34.n.1.& 26.& n.33.& seqq.Mastrill.dec. 84.c.3.Amat.res.38.n.1. Capic. Latr. consult.5. nu.2.Nig.de subbast.c.7.§.6. Berlich. lib.1.concl. 81.num.18.*

849 Cum fides hastæ fiscalis non debeat deludi. *Iodoch.de subbast.c.5.n.37.Capic.dec.36.n.5. Tuic.lit.S.concl.715.n.9. Mastrill.d.dec.84.n.2. Nig.c.7.§.7.n.2.Capon.discept.144.to.3.D.Tranchedin.consult.68.n.14.*

850 Alias damnum resultaret publico, cum difficilius inuenirentur licitatores. *Marinus lib. 1.c.147.n.19. D.Tranchedin.sup.n.15.*

851 Nec vitiatur contractus propter interuallum temporis, inter præconium, & stipulationem emptoris, ad notata in *l.1. §.1. ff.de verb.obligat Post.d.inspect.34.nu.52.* licet contra dicat *Ridolfin.in praxi p.1.cap.15.num.123. seqq.*

852 Quamuis licitator sit ipsemet creditor. *Mangil.de subhastat.q.37.n.5.Postb.eodem Tract. inspect.35.n.15. D.Albrit.sup.n.33.119.seq.* vbi quod neque possit pœnitere hæres oblatoris mortui ante confectum instrumentum, nec dicere de nullitate, non appellare, eo magis si oblator cepit possessionem, & in casu contrario locatur, aut veditur res in sui damnum.

853 Nec recipitur oblatio noua, quamuis adveniat momento temporis post extinctionem candelæ *Asin.de execut.lib.2.c.2.fol.141. n.20. Caroc.de locat.tit.de vectigal.p.3.q.3.n.9.Amat. resol.38.n.1.16.Auendan.de exequ. mandat. p.2. c.12.n.9.Sabell.verb.subhastatio.nu.11. Salgad. labyr.p.2.c.2.n.3.Io:Philip.de subhast.c.4. n.13. D.Albrit.sup.n.31.*

854 Quamuis contra dicat *Fontanell. dec.520. n.vl.* si fiat in eodem tempore in eodem Tribunali. *Capyc.Latr.consult.5.num.23. Giurba obs.98.n.27.*

855 Et dum sumus in contractibus, qui fiunt cum persona incerta, statim quod primus offert, videtur contraxisse, mediante præcone, & perficitur contractus. *Corn.cons.19. n.3.4. lib.Alex.cons.114.lib.6. Cumia super Rit. Sicil. c.17.n.125.seqq.Asin.de execut.§.6.c.2. Nig.de subhast.c.7.§.2. Rota dec.89.* post *Postbium de subbast.& idem inspect.34.n.26.28. Io:Philip.de subhastat.c.4.comment.4.num.5.Albrit.sup.num. 114.seqq.*

856 Adeo vt fructus pendentes ex tunc pertinent ad ipsum offerentem. *Gerius Spina cons. 32.*Sed quod non nisi facta solutione pretii. *Larrea dec.42.n.8.9.31.Gratian.disc.864. n.19. disc.911.Lara de vita hom.c.28.a num.61.Cald. de empt.c.23.n.19.* post mille *Giurba obs. 97. nu.29.& 30.*

857 Quæ omnia procedunt, quamuis non sit facta scriptura, quamuis possessio non tradita. *Cafar.d.q.37.n.3.4.Griuell.dec.44.nu.1.Postb.de subbast.inspect.35.n.61.D.Albrit.sup.n.42. Giurba obs.97.nu.25.& 29.* Vbi quamuis sit mortuus oblator, nam tenetur hæres.

Quidquid dicat contra, si non sit facta scriptura. *Bald.cons.7.lib.5.Nig.de subbast.c.7.§.2. n.13.Albrit.sup.n.148.* sibi contrarius.

858 Adeó vt cogi possit offerens ad emédum, nec amplius pœnitere poterit, vt post alios tradit *Platea in d.l.si tempora nu.2. Nig. de subhast.c.7.§.2.Postb.eod.tract.d.inspect.34.num.41. seqq.D.Marcian.disp.91. Demabauder.de subbast. c.5.n.17. Asin.de execut.x.2. Rebuff. de pracon. art.1.gl.1.num.4.Clussian.de subhastat.num.115. 116.& de dat.insolutum c.15.n.240. & c.17.n. 257.Christin.ad consuet.Mechlin.tit.19.num.17. Mangil.de subbast.q.16.n.6.q.68. & 86.n.2.Castill.dec.7.Cafar.qu.37.num.1. Amat. d. res. 38. num.4.*

859 Et sufficit, vt post præconium vadat ad locum subhastationis, & offerat actuario, ad hoc deputato, licet Iudex absit. *Iodoch.de subbast.c.5.n.11.& 17.Bertachin.de gabell.2.p.q.10. Rebuff.de pracon.art.4.gl.Vnic.num.34. Marin. Frecc.lib.2.de subfeud.in 44.& 45. limit.ad constit.* constitutionem diuæ memoriæ. *Nig.d.c. 7.§.2.n.8.9.*

860 Licet contra, quod non sufficiat magister actorum, sed requiratur Iudex, late *Albrit.de inconstant.in iudicijs q.43.n. 149.150.et Caroc. de locat.p.3.de locat.vectigal.q.3.n 4. Rota dec. 55.p.1.rec.dec.132.p.7. Mangil.q.70. n.13. Postb.insp.34.nu.27.* Vbi secus, si oblator fuerit per Notariũ præsenti pecunia obligatione *Cameral,& iuramento,* nam non datur pœnitentia, & reuocatio. *Rota dec.89.* penes *Postb. &* penes *Marches. de commiss. p.1 fol.1245. Postb. sup.n.29.Albrit.sup.d.n.150.*

861 Quod adeo est verum, vt offerens sit obligatus, si sit acceptata eius oblatio, vt nec per secundum plus offerentem, censeatur liberatus. *Bar.in d.l.licitatio* per *tex.in l. sabinus. ff. de in diem adiect.Fab.de monte de empt.q.5.d num. 93.Muscatell.in prax. p.3. gl. venduntur nu.70. Vin.dec.359.ex nu.8. Petra ad Capyc. dec. 36.n. 4.Cumia ad Rit.Sicil.c.17. Doctissimus Domin. Amaya in l.1.C.de fide& iur.bast.fiscal lib.10.n. 18.39.40.41.Pho eb.p.2.dec.136.Cafar.d.q.37. num. 5.*

862 Nisi secunda oblatio similiter fuisset acceptata, nam cum per primam oblationem fuerit ius quæsitum Creditoribus, absque facto eorum ab eis diuelli non poterit. *l. id quod nostrum ff.de reg.iuris Nig.de subbast. c.7. §.1. per tot.& §.13.R.Capic.Latr.dec.159.nu.11.Amat. resol.38.n.10.Nos ad Koms cons.70.n.5.lib.2.D. Marcian.disp.91.n.4.& seqq.*

863 Sic deliberatio debet fieri ad fauorem vltimi, & maioris oblatoris. *Burat.dec.891.n.1.* alias facta minori oblatori, licet vltimo, est nulla. *Idem Burat.dec.735.n.1.Ridolfin.d.c.15. num.125.133.*

864 Et *D.Marcian. d.disp.91.num.32.33.* dicit oblationem dici acceptatam eo ipso, quod

super

super illa est dictum, vt accendatur candela, quamuis oblatio fuisset facta per aliquid tempus, quod iam fuisset elapsum post dictum decretum.

865 Contrarium videtur tenere *Bal. apud Castr. in l. licitatio. ff. de publ. & vectigal. Alber. in l. si venditor ff. de in diem adiect. Curt. lib. 2. coniect. ad fratr. c. 10. ad finem. Sicbar. in rubr.* C. *de vectig. num. 5. Nos* vero distinguimus, vt secunda opinio procedat quando adest pactum inter venditorem, & emptorem, vt oblata meliori conditione sit liberatus emptor, per *tex. l.*
866 *Sabinus in 2. resp. ff. de in diem adiect.* Secunda, si nullum pactum intercesserit, sed tantum generaliter proclamatum est, vt res plus offerenti detur, nam tunc si veniat secundus offerens, & offerat maiorem quantitatem, & sit æquæ soluendo, ac primus offerens, & tunc tenetur venditor stare secundo licitatori, & procedit opinio *Baldi*. Si secundus offerens non sit æquè soluendo, tunc non liberatur primus, & sic procedit *tex. d. l. Sabinus, cum seqq.* Quod procedit etiam de iure hispa-
867 no ex *l. 12. tit. 11. lib. 9. recopil. & l. 10. seqq. tit. 12. eod. lib.* Ea ratione, quia & si ob lata fuerit maior quantitas à secundo, ex quo tamen ipse non est æquè idoneus, sicut primus, non dicitur offerri melior conditio. *l. 4. §. fin. ff. de in diem adiect. Amat. res. 38. n. 10.*

868 Sed si venditor acceptet, & approbet secundam licitationem, primus licitator liberatur, ita vt venditor non possit habere recursum contra ipsum *l. si venditor 14. §. sed si emptor. ff. de in diem adiect. Amaya super trib. lib. Codic. in l. si tempora C. de fide Instrum. lib. 10.* vbi limitat pluribus modis, *R. Capyc. Latr. dec. 159. n. 10. seqq.*

869 Primo in locis vbi est vsu receptum per secundum, primum licitatorem remanere liberatum, nam talis consuetudo est seruanda. *l. si publicanus 4. §. fin. l. locatio 9. §. carum 6. ff. de publican. Guid. Pap. dec. 536. Boer. dec. 248. Auēdan. indiction. verb. Almoneda. Valenzuol. super l. 4. num. 16. C. eod. de fide instr. lib. 10.* cum iuxta talem consuetudinem censeantur contrahen-
870 tes voluisse contrahere *l. quod si nolit 31. §. qui assidua ff. de ædilit. edict.*

871 Secundo In venditione Rerum Ecclesiasticarum, quæ, quamuis fieri debeat subhasta. *auth. hoc ius porrectum, C. de Sacr. Sanct. Eccles.* Tamen non sunt adiudicandæ plus offerenti, sed illi, qui offert iustam æstimationem tantum, propter bonam fidem, quæ magis in Ecclesia exigitur, quam in cæteris hominibus. *gl. in c. ea enim. vers. hoc ius, vers. vt plus 1c. q. 2.* quam sequuntur *Roman. sing. 55. 762. Boer. dec. 248. n. 2. Dambaud. de subhast c. 5. n. 21. seqq. Azeued. in l. 2. n. 4. tit. 11. lib. 9. recopil. Valenz. sup. in d. l. 4. n. 15.*

872 Quæ *gl.* doctrina hodiè non seruatur, vt dicit *Rebuff. ad lges galliæ tit. de præcon. & subhast. n. 21. Valenz. d. n. 15. in fine.* Quia ea præsumitur esse iusta quantitas, quæ pro ea offertur, & tanti præsumitur res valere, quanti emitur. *Pinell. in l. 2. C. de resc. vendit. 3. p. cap. fin.* Et qui præsidet hastæ Ecclesiæ tenetur dare plus offerenti *Bart. in d. l. 4.* vbi *Plat. & alij. Nos ad cons. 70. Rouit. num. 5. & seqq. lib. 2. Vide infra num. 893.*

873 Prima oblatio acceptata per Extinctionē candelæ firma remanet, quamuis alia oblatio sit duplicati pretij. *l. non est probabilis, C. de resc. vendit. Magon. dec. Fl. 132. Mangil. de subhast. q. 24. n. 27. Posth. Insp. 35. n. 46. seq. D. Albrit. sup. n. 35. 36. 37.*

874 Quæ procedunt quamuis Iudex vellet nouum terminum concedere, seu prorogare licitationem, vel subhastationem, vt nouus licitator accederet, *Mangil. de subhast. q. 11. q. 16. nu. 13. 15. q. 24. n. 55. q. 28. num. 10. Rota dec. 55. nu. 3. p. 1. rec. Burat. dec. 703. n. 3. Posth. d. Inspect. 35. nu. 50. Albrit. d. q. 43. n. 38.*

875 Et quamuis non esset secutum secundum decretum, *Papon. arrest. 14. lib. 6. tit. 18. Posthius d. Inspect. 35. nu. 54. Albrit. sup. n. 39.*

876 Et eo magis procedit conclusio posita, si subhastationibus factis subsecuta esset etiam deliberatio, adiudicatio, & capta possessio. *Mangil. q. 86. nu. 18. Magon. dec. Flor. 132. nu. 2. Posth. d. Inspect. 35. n. 55. 63. 64. Maurit. de restit. c. 375. Mangil. de subhast. quæst. 21. nu. 3. D. Albrit. nu. 40. & seqq.*

877 Et quamuis ante rei traditionem, vel pretii numerationem, vel intrà sex, aut septem dies, vel ante aliquod breue tempus, alius addat summam aliquam, quia non admittitur, *Griuell. dec. 94. nu. 1. Posth. d. Inspect. 35. nu. 61. Albrit. n. 42.*

878 Dicta habent locum, etiam quod agatur de re Communis, vel minoris, vel Ecclesiæ, *Mangil. de subhast. q. 28. num. 7. Mastrill. dec. 84. nu. 2. Grin. d. dec. 44. n. 4. Posthius d. Inspect. 35. n. 71. Salgad. d. p. 2. c. 2. n. 5. Albrit. sup. nu. 44. 45* Licet contra sit in Ecclesia, vt diximus *sup. hic n. 871.* & Dicemus *n. 8. 93. & idē Albrit. n. 50. 51.*

879 Quæ ad eo vera sunt, quod si Iudex admitteret nouam licitationem, iniuriam faceret primo oblatori, & ab eo posset appellari, *Papon. arrest. 14. lib. 6. tit. 18. Posth. d. Inspect. 35. num. 77.*

880 Et instrumentum factum cum nouo oblatore esset nullum. *Rota dec. 376. nu. 7. p. 4. rec.*

881 Nec gratificationi est locus, *Rebuff. de præcon. licit. & subhast. art. 7. gl. 1. n. 18. Papon. arrest. 2. lib. 13. tit. 19. de Vectigal. Mangil. de subhast. q. 144. num. 1. Posthius d. Inspect. 39. nu. 9. Albrit. sup. nu. 49.*

Et maior oblatio in subhastatione recepta, non potest reuocari, etiam de consensu Creditoris, ad cuius instantiam est facta venditio, post completam deliberationem, Cum sit quæsitum ius debitori, pro residuo pretii, quid quid secus sit antè completam deliberationē qui possunt illi renunciare. *Duran. decis. 448.* *Posth.*

Posth. de subhast. Insp. 66, nu. 13. seqq. Mangil. eodem Tract. q. 71. Rota p. 12. rec. dec. 12. nu. 7. seqq. & dec. 110.

881 Verum ex iusta causa potest Iudex licitationem, & oblationem non sequi. *I. licitatio, ff. de publ. & vectig. l. si pignori. ff. famil. ercisc. Asin. de execut. §. 4. c. 20. n. 3. Mangil. de subhast. qu. 71. n. 5. q. 83. nu. 4. & 158. nu. 3. Posth. de Insp. 35. n. 131.* Quod non procedit si iustum pretium fuerit oblatum, *Mangil. d. q. 71. nu. 6. qu. 83. n. 5. Idem Albrit. sup. nu. 52.*

883 Sic, si statutum, stylus, vel consuetudo aliud dictet, *Tepat. var. sentent. tit. 41. c. 8. Mangil. de subhast. q. 11. nu. 7 Posth. sup. nu. 93.* vbi *num. 74. ex Papon. arrest. 14.* dicit, quod seruanda est cõsuetudo admittendi nouum oblatorẽ, si oblatio crescat in Tertia, vel maiori parte *Rota post Mangil. de subhast. dec. 20.* vbi de stylo A.C. *Posthus sup. nu. 117. Capyc. dec. 3. Nig. de subhast. c. 7. §. 4. nu. 12. Albrit. sup. n. 54. seqq.*

884 Post recipi noua oblatio, si a decreto fuisset appellatum, *Rebuff. de prec. licit. & subh. st. art. 5. gl. 1. Mangil. de subhast. q. 131. nu. 2. Posth. d. Insp. 35 n 95. Albrit. n. 57*

885 Item si qui emit non est idoneus, sed decoctus, *Ferret. de gabell. nu. 281. Posth. sup. n. 96. Muscatell. in praxi verb. venduntur n. 78. Nig. c. 7. §. 7. nu. 15. Albrit. ibid. n. 58.*

886 Itẽ est admittenda secunda oblatio, si præco, vel edictum simpliciter diceret, quod qui vult emere, vel conducere, veniat ad offerendum intrà talem diem, nec adijceret, quod plus offerenti dabitur, quia poterit terminus extendi, prorogari, & abbreuiari in præiudiciũ præcedentium licitatorum, immo illis inuitis, & contradicentibus, *Mangil. de subh. q. 1. qu. 16. nu. 13. Posth. d. inspect. 35. n. 97. Albrit. sup. n. 59.*

887 Quod multo magis procedit, si in termino in edicto apposito nullus ad licitandum comparuerit, quia tunc creditore postulante potest Iudex alium terminum concedere. *Luc. Pet. in praxi l b. 8. c. 12. n. 38. Posth. d. inspect. 35. nu. 101. Albrit. n. 60. 61.*

Item si necessaria in subhastatione non interuenerint, quia tunc potest admitti nouus licitator, *Mangil. d. q. 35. num. 2. 3. & q. 36. n. 10. Posth. d. inspect. 35. num. 98. seqq.* Ideo si quando res subhasta simpliciter posita fuerit, nec fuerit additum, quod dabitur plus offerenti, tunc erit locus pœnitentiæ. *Asin. de execut. §. 6. c. 1. nu. 16. 24. & c. 2. nu. 14. Tepat. var. tit. 417. c. 15 Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1. n. 65. Mangil. qu. 16. n. 13. q. 25. n. 6. q. 33. n. 5. 6. Posth. insp. 34. n. 6. Rota dec. 30. nu. 2.* post *Tract. Posth. Albrit. sup. n. 62. 63. 64.*

889 Item, si durante termino subhastationis fuerit licitanti res vendita, vel concessa, quia illa venditio habet in se conditionem, nisi infra terminum subhastationis alius accedat, qui meliorem offerat conditionem, *l. si tempora. C. de fide Instr. & iur. hast. fiscal. lib. 10. Fab. de Monte de empt. & vendit. q. 5. in rubr. subhasta mater. n. 90. & 92. Mangil. q. 32. nu. 10. qu. 24. in fine, & q. 37. n. 3. Posth. d. inspect. 35. n. 103. Albrit. sup. n. 66. 66.*

890 Quod procedit quando Fiscus, vel Respublica vendunt, secus si venderet priuatus. *De Monte sup. rubr. de subhast. n. 92. Asin. de execut. §. 6. c. 13. in fine, Iodoc. de subhast. c. 4. nu. 8. Peregr. de Iure Fisci lib. 6. c. 4. n. 42. Mangil. d. q. 12. n. 10. q. 34. n. 9. q. 37. n. 4. Posth. d. inspect. 35. num. 109. 110. Albrit. n. 67.*

891 2. Procedit dictum in subhastatione pignoris iudicialis, quæ fit ad instantiam Creditoris contra debitorem, nam pendente deliberationis termino, potest tunc alius offerre, & licitare, *l. 1. ff. de in diem adiect. Salust. Tiber. in praxi A. C. lib. 1. c. 43. n. 7. Nouar. in l. si tempora n. 1. C. de fide Instr. & iur. hast. Fisc. lib. 10. Valasc. dec. 37. Posth. d. insp. 35, num. 113. Albrit. sup. num. 68.*

892 Sic etiã quãdo agitur de interesse creditorũ, nam tunc admittitur oblatio maior, etiam cõtractu perfecto, & candela extincta, seu termino elapso, *Nouar. d. l. si tempora num. 9. Ricc. coll. 1726 Burat. dec. 735. in fine, & dec. 786. nu. 3. Posth. sup. nu. 116. Affl. dec. 36. num. 6. Magon. dec. Flor. 132. Thor. in comp. dec. verb. oblatio, Amat. res. 38. nu. 3. Salgad. labyr. p. 2. c. 2. à nu. 12.* Nam habent iura creditorum multa specialia, de quibus *Salgad. sup.* & inter alia, quod licet in venditionibus factis inter priuatos non liceat ab illis recedere, nec detur pœnitentia, sed hæc conclusio fallit quando venditio fit subhasta in satisfactionem creditorum, quia pretio non soluto licita est in constantia, & licitum à venditione discedere, *Vrsill. ad Afflict. dec. 358 nu. 4. Surd. cons. 168. nu. 14. Gratian. disc. 7. nu. 4. disc. 231. nu. 20. Hermosill. & Mangil. citati à Salgad. sup. n. 64. Albrit. sup. num. 69. seqq. Mafull. ad Capyc. dec. 36. Magon. dec. 132. Ricc. collect. 1726. D. Maradei sup. prag. d. sing. 214. num. 14. & seqq.*

893 Sic quando tractatur de minoribus, Republica, vel Ecclesia, qui restituuntur aduersus venditionem factam per subhastationem, si alius post aliquos dies offerat, *l si sine § quæsitum ff. de minor. Affl. dec. 340* & ibi *Vrsil. Guid. Pap. dec. 536. Cald. de restit. q. 20.* vbi explicat. *Muscatell. dec. 84. Franc. Aulet. in c. 31. prætorum. Ricc. collect. 1726. Asin. §. 4. c. 84. in fine, Mangil. de subhast. q. 28. & q. 80. in fine*, quia in illis intelligitur clausula, nisi alius post, melius offerat, *Anton. de donat. p. 2. lib. 1. c. 11. nu. 43 seqq. R. Capyc. Latr. dec. 158. n. 5. seqq. Posth. sup. num. 122.* vbi ex *Paponio lib. 18. tit. 6. arrest. 27.* dicit hoc procedere, quãdo in licitatione rei minoris, neq; deceptio, neque circumuentio interuenerit, vel solemnitas vlla omissa sit, Si quis sit, qui multo maioris emere voluerit *D. Maradei sup. prag. sing. 214. num. 18 seqq. DD.* apud *Amat. res. 38. nu. 8. Vide sup. n. 873. 878.*

Contrarium in hoc voluit *Albert. in l. si sine. §. quæsitum, ff. de minor.* vbi distinguit tres

Casus

Casus. Primò, quando minor, Ciuitas Ecclesia, vel Fiscus vendendo res suas seruauit debitas solemnitates, & facit sicut maior, quia tempore opportuno vendit, & iusto pretio, quamuis postea appareat plus offerens non admittitur, nisi de sorde, & gratia doceretur. *Phoeb. dec.135.a.n.6.p.2.& arrest.66.Amat.res.38.nu.16.seqq. Mesa lib.2.c.20.nu.12.seqq. Posth. insp.57.à n.46.Antun.sup.nu.41.46. Valasc. consult.109.n.4.R.Marin.lib.1.c.46.num.28.* Secundò, Casus est quando debita solemnitas non est seruata, quo casu ipso Iure non valet venditio, nec restitutione opus est. Tertiò, Casus quando debita solemnitas est seruata, *Antun. sup.n.37.Marin.lib.1.c.46.n.9. Mastrill.dec.84. de Magistr.lib.5.c.9.nu.21.* Sed minor sua facilitate est læsus, quia vendidit tempore non opportuno, vel non iusto pretio, & tunc restituitur, & ita intelligendum *tex.d.§.quæsitum Albericum* sequitur *Gregor.Lop. lib.5. tit.19.p.6.Affl.dec.340.* & ibi *Vrsill.Mastrill. d.dec.84. Guttier.pract.lib.1.c.38.*Secus si non iusto pretio. *Ant.sup.nu.46.seqq.*

Sed *Albrit.sup. n.73. vers.Intereà,* sequitur opinionem *Guid.Pap.d.dec.536.* vt recipiatur oblatio, si quis post paucos dies faciat meliorē oblationem, sequitur *Mangil.q.28.n.21. D.Galeot.resp.14.n.33.*cum adiectione, quod non quælibet læsio sufficiat, vt detur hæc restitutio minori, sed requiratur, vel in tertia parte, vt per *Griuell.dec.44.nu.9.*vel saltem in quarta. *Guttier.de gabell.q.142.nu.8.*Vel in sexta, *Vrsill.ad Affl.dec.340.num.8. Franch.dec.224.Mastrill.dec.84.num.8.R.Ponte de potest.Proreg.tit.4.§.5.nu.8.55.57.62.& cons.126.num.29.lib.2. Masull.ad Capyc.dec.36.n.6.Ricc.Ricc.coll.1726 Auell.Amat.cons.87.num.3. Thor. in comp.dec. verb.oblatio noua, & verb.læsio in 6.Ant.Amat. d.res.38.nu.21.*Vel in arbitrium Iudicis, an sit maior oblatio, *Guttier.ibid.n.13.*Sed si parua esset oblatio non esset admittenda, quia tunc præponderat authoritas Reip., quæ non debet obtentu eius oblationem admittere hanc inconstantiam.*Guttier.sup.num.14.* alias non inueniretur, qui cum Republica vellet contrahere, *Guttier.pract.qq.lib.1.q.38.n.2.*Vel attenditur consuetudo loci Tribunalis, *Griuell.d. dec.44.Posth.inspect.57.* Prout in nostris Tribunalibus, in omnibus venditionibus, ad creditorum instantiam si fiat venditio recipitur oblatio minor sexta parte pretii, quo fuit res appretiata, vt Diximus *q.37.& sup.n.872.*

In venditionibus rerum fiscalium in Regno nostro, si superuenit oblatio in decima infra 40. dies recipitur, si in sexta infra tres menses, etiam recipitur, si post dictum tempus non recipitur per *pragm.71. de offic.proc.Cæsaris.*Diximus *in d. q.37.*

894 Sic potest recipi noua oblatio reintegra, id est antequam aliquis publicè obtulerit, & promiserit, & publice facta fuerit reuocatio, sicut promissio, *Mangil.quæst.16.Postius inspect. 34.num.12.Albrit.sup.num.76.*

895 An autem semel, vel pluries possit recipi oblatio, & quod semel tantum possit recipi dicit *Aulès, Guttier.d.c.38.n.5.* sed *Alber.in d. l.si fine dicit [illegible] plus posse dari, si constet de deceptione,*& illam sequitur *[illegible] d.gl. venduntur nu.65.* Qui tamen subiungit non nisi bis esse concedendam, vel remitti in Iudicis arbitrium, *Nig.de su[illegible].§.8.n.3. D.Galeot.contr.14.nu.45.*

896 In rebus verò, quæ fortuitis Casibus sunt subiectæ, non recipitur noua oblatio, nisi sordes, vel gratia allegentur, *Mangil.d.q.28.n.23. Postius d.insp.57.n.5[illegible].Albrit.sup.n.78.*

An detur resolutio, & reuocatio venditionis, vel locationis in subhastatione, prætextu læsionis, & quæ debeat esse læsio? Quod requiratur vltra dimidium, *Grattian.disc.7.nu.10. Rota dec.53. post Mangil.de subhast. & dec.12. p.2.rec.n.43.*In sexta, *Franch.dec.224.Noguerol. alleg.18.n.21.Cyriac.contr.325.nu.29. R.Ponte de potest.Proreg.tit.4.§.5.nu 6. Amat. res.38.nu.21.Rub.dec.619.nu.5.6.Luca ad Grattian. d.disc.7.num 6. & Tract.de linea legal. lib.2. art.115. Giurba obs 98.num 6.*Diximus *sup.q.37.*disputat *D.Albrit.sup.n.79.seqq. Sabell §.subhastatio. nu.8.Andr.ol.contr.390.Sabell. §.remedium. nu.34.& seqq.*

Subhastatio quandoq; fieri solet cum propositione premii, seu lucri dandi plus offerenti, quod Nos dicimus *Reincanto*, An possit fieri, *Guttier.de gabell.q.152.& seqq. Larrea alleg. 29.Cald[illegible].de [illegible] tit.1.disp.8.*Amat.*resol.38. nu.13.*Diximus *Nos qu.37.*

897 Sed vera resolutio est, vt primus licitator non sit liberatus per secundam oblationem, quando in actu licitationis adhuc licitantibus permanentibus, recipitur secunda oblatio, secus contractu perfecto, & ita intelligendus est *Bart.sup. Lucas petus in praxi Capitol. lib.8. c.2.num.39. Ferron.ad cons.Burdeg.§.4.cap.vlt. Damander.de subhast.c.3. nu.26. Boer. dec.248.*

898 *Amat.d.resol.38.nu.10.*Quamuis *Cumia in rit.Sicil.cap.17.*dicat *nu.124 in fine*, esse remittendum in arbitrium Iudicis.

899 Sed si vltimus licitator sit repertus non soluendo, an primus sit liberatus, stante illius meliori oblatione? *Niger. in tract.de subhastat. fol 37.*duos distinguit Casus, *à num.13.* Vnus est si tempore licitationis postremus licitator non soluendo sit, alter si post perfectum contractum superueniat decoctio. Primò, Casu non est liberatus primus oblator. Secundò, Casu sic, vbi adducit plures ampliationes, & limitationes. *Amat.d.res.38.n.10.Boer.dec.248. Vtu dec.359. Caroc. de locato lib.3. de locat.gabell.qu.3.Cumia rit.17.n.122.seqq. Muscatell.in praxi p.3.gl.venduntur n.70.seqq.Muta rit.112. nu.30.Franc.Claper.dec.4. q.vnic.nu.6. & caus. 3.q.1.Auendan.de exeq.mand.p.2.c.12.n 8. Auiles in c.prætor.32.n.8. Anna sing. 39 Guttier.de gabell.q.134.Sola sup. Consuet.Ped.tit.de forma* pro-

proced.gl.4. Mastrill.de Magistr.lib.5. c.9.n.22. 23. Arnald.ad Consuet. Burdiga,tit.de subbast.§.1 circa fin. Montanar.in prag.5.§.8. de admin.Vniuers.nu.70. Cassan.ad Consuet. Burg. rubr.5. §.2. gl.son principal.n.22.23. Rebuff.de pracon.art.7 gl.1.num.21. Tard. Tusc.conclus.715.lit.S. Manfrell.ad Capyc.Latr.dec.159.ou.23.24.

900 Item sciendum est, per oblationem apud acta factam rei Fiscalis v.g. remanet offerens obligatus,sed non Fiscus,nisi accensa Candela remaneat res vendenda,vel locanda,dicto offerenti, vel vltimo licitatori, vel vnico licitatori,alias antè accensionem Candelæ,& illius extinctionem non potest dici perfecta locatio,aut venditio,latè *D.Sadarinus resp.13.*

901 Sed talis obligatio offerentis non emptio, sed respectu Fisci, est pactum de vendendo, respectu oblatoris est pactum de emendo, *Mangil.de subbast.qu.71.in princ.& q.72. Mangil.q.80.nu.14. Nig.eod.tract.c.7 §.1.nu.1. Asin. de execut.§.6.c.1.num.24.& §.4.c.86. n.4.c.83. num.1.*

902 Immò quando per Magistratū acceptatur oblatio non inducitur ex parte Camaræ perfecta,& pura promissio, & obligatio de vendendo ipsi licitatori, sed conditionalis,nimirum,si intra tempora subhastationis fiet melior conditio ab alio, *Arias de Mesa resol.20.n. 2.lib.2. Montan.de regal. verb.vectigalia nu.10. & coll.4. Claper cent.fiscal.caus.3. p.1. n.4.& 6. & causa 4.qu.vnic.num.1. Sadarin.resp.fol.196. num.17.*

903 Si vero in bannis pro venditione, seu locatione rei Fiscalis,adsit clausula : *& deliberabitur plus offerenti : si ita placebit Magistratui,* tunc remanet conditionalis dicta obligatio Camaræ,nam remanet in arbitrium Magistratus vendere,vel non vendere, nam multoties exponitur hasta ad sciendum valorem rei, vel animo vendendi,si condignum pretium offeratur,& non aliter. *Mangil. de subhast. qu.158. Nig.c.7.§.1.n.22.§.2.nu.18. Asin.de execut.§.6. c.1.in fine,& c.2.n.14.in fine, Auiles in c.prætorum.32.verb.de puiar.n.1.*

904 Et quandoq; expedit dari minus offerenti, *Magil.q 69.n.3.& d.q.158.*

905 Nam vt ineatur emptio, & venditio,consensus deliberatus, & substantia debet esse de præsenti, non respicere futurum, aut expectare perfectionem de futuro, *Fab. de Monte de empt.q.5.n.50.51. Gratian.disc.545.n.43.seq. Mangil.de subhast.q.26.n.13.seqq. Rota Roman. dec.725.n.3.seqq.p.2.rec. Guttier. de gabell.q.47. n.15.* Vide *Nos infrà n.945.*

906 Post oblationem acceptatam exponuntur aliæ candelæ,facientes mentionem de dicta oblatione acceptata, & inuitantur denuo plus offerentes, & faciunt incantus, quæ secundæ candelæ exponuntur in locis consuetis super prima oblatione, *R.Tap.in ius Regni d.tit.2.n. 6.post princ.*

907 In aliquibus locis per magistratum traditur Victori virga, qui eam deosculatur, & quando Victor non est præsens traditur ostiario loco partis; apud alios, & apud Nos fit deliberatio per extinctionem candelæ, latè *Sadarin.resp.fol.196.at. n.20.*

